



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli**

**Viegas, Brás**

**Parisiis, 1615**

Capvt Octavvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

commemorant illud, cernum grauatum exercentibus cornibus, & pilis, caligantibusque oculis serpentem narium afflatu à cauernis extrahere, illūmque deglutire: tunc verò vi veneni astuantem ad fontem currere, & potare: itaque projectis cornibus totum immitari: atque idcirco Dauidem se ceruo conferre, qui hauisq antiqui serpentis per pugnatum veneno ad fontem misericordiae per pœnitentiam currat: atque ita ad ipsum Deum tanquam ad omnium bonorum fontem anhelans salutari gratiae potu recreetur.

VII. Postremò recēd dicitur, *Abserget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: quod miram dulcedinem indicat, ductaque est similitudo, ut vult Pannionus, à matribus, quæ parulos plorantes amplecti solent, blanditiis delinire, eisque lachrymas abstergere, & ubera porrigit. Ita enim sanctos, qui ex hac vita plorantes discedunt propter laborum asperitatem, Deus in cœlo benignè excipit, & instar blandissimæ matris consolatur. Eam namque ob causam Deus matris compарат Esaiæ 49. Nunquid obliuisci potest mater infans suum, & non misereatur filio veteri sui? & si illa oblitæ fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Eg. cap. 66. Quomodo si cuius mater Esaiæ 66.13. blandiatur: ita ego consolabor vos? Quod autem sancti in hac vita plorare dicantur, quasi à persecutoribus vapulent, demonstrat locus ille Psal. 125. Euntes bant, & flebat mitentes semina sua. Eandem sanctorum in patria cōsolacionem iisdem ferè verbis prænunciavit Esaiæ c. 25. Præcipitabit mortem in sempiternum, & auferet Dominus Deum lacrymam ab omnifacie. Quamquam Euseb. Cæsariensis lib. 4. demonstrationis Euangelicæ c. 12. hunc locum Esaiæ interpretatur de redemptione mundi facta per Christum, in qua ait Christum nostrorum peccatorum maculas absterisse: sed sine dubio potest etiam referri ad statum gloriae. Cōcinit cum hoc Ioannis, & Esaiæ sententia illud, quod ostensum fuit Ezech. c. 10. Nam cum primo capite monstrata ei fuissent illa quadrigormia animalia, quorum singula quatuor facies habebat, leonis, hominis, bouis, & aquila; decimo tamen capite, ubi eadem visio replicatur, profacié bouis facies Cherub apparuit: quo fit, ut bouis facies in faciem Cherub conuersa fuerit, certè ad hoc ipsum, de quo agimus, exprimendū: sanctoru[m] enim facies in hac vita mortalí facies bouis est in area laborantis, & sudantis, quæ tamē postea in faciem Cherub pulcherrimam commutabitur, abstensis videlicet lacrymis, deterso puluere, denique mortalitate in immortalitatis gloriā conuersa.*

## ARGUMENTVM.

Iam hic incipit tertia visio huius operis. Cum igitur in superioribus Ecclesiæ per tyrannos persecutions ante Constantini tempora fuerint commemoratae, iisdem per Constantinium comprehensa Ecclesia pax (quod spectat ad tyrannos) iterum redditæ, deinceps narratur eiusdem per hereticos, principesque eorum fautores diuexatio. Hoc igitur capite sigillum septimum aperitur, quo aperto admiranda sane prodigia Iohanni apparuerunt, quæ priusquam explicemus, ipsa imaginaria visio describenda est. Quod igitur attinet ad visionem imaginariam, primum commemorat Iohannes factum fuisse silentium in cœlo quasi media hora. Secundo dedit septem Angelos stantes in conspectu Dei, quorum singulis datae sunt singule tubæ. Tertio venit alius Angelus, & stetit ante altare habens thuribulum aureum, cui data sunt incensa multæ, ut offerret ante altare aureum,

aureum, qui impleuit thuribulum de igne altaris, & misit in terrā, factaque sunt tonitrua, & fulgura, & terræmotus magnus. Quartò septem illi Angelī, qui habebant septem tubas, eisdem insonuerunt, accideruntque dum singuli canerent, portenta quedam terrificā. Etenim insonante primo Angelo sua tuba facta est grando, & ignis cum permissoне sanguinis, quibus in terram missis tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata, & omne scēnum viride combustum. Secundo Angelo tuba canente mons quidam magnus igne ardens missus est in mare, & tertia pars maris facta est sanguis, & mortua est tertia pars viventium in mari, & tertia pars nauium perii. Tertio Angelo tuba canente magna quedam stella ardens tanquam facula cecidit de cœlo in tertiam partem fluminis, & in fontes aquarum, dicebatūque stella Absinthium, conuersaque est tertia pars aquarum in absinthium, quam ob causam multi homines perierunt. Quarto Angelo tuba canente percussa est tertia pars solis, & tertia pars lune, & tertia pars stellarum ita ut tertia eorum pars obscuraretur, & diei non luceret pars tertia, noctisque similiter, & audita est vox unius aquile volantis per medium cœli dicentis voce magna: Vae, vae, vae habitantibus in terra de ceteris vocibus trium Angelorum, qui adhuc erant tuba canturi, significaturque multo maiora portenta, magisque mortalibus luctuosa apparitura canentibus tuba tribus Angelis, qui supersunt. Hæc sunt, que hoc capite commemorantur que vel ipsa tantum commemoratione non admirationem modo, sed intelligendi etiam studium curiosis excitant auditoribus.

## CAPUT OCTAVVM.

**P**TIUM cum apperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo quasi media hora. Et vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei: & data sunt illis septem tubæ. Et aliud Angelus venit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo. Et accepit Angelus thuribulum, & impleuit illum de igni altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus magnus. Et septem Angeli, qui habebant septem tubas, præparauerunt se, & tuba canerent. Et primus Angelus tuba cecinit, & facta est grando, & ignis, misa in sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne scēnum viride combustum est. Et secundus Angelus tuba cecinit, & tanquam mons magnus igne ardens missus est in mare, & facta est tertia pars maris sanguis, & mortua est tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauium interiit. Et tertius Angelus tuba cecinit: & cecidit de

cœlo stella magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum: & nomen stellæ dicitur Absinthium, & facta est tertia pars aquarum in absinthium, & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amarae facte sunt. Et quartus Angelus tuba cecinīt: & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita ut obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter. Et vidi, & audīui vocem unius aquilæ volantis per medium cœli, dicentis voce magna, Væ, væ, væ habitantibus in terra de ceteris vocibus trium Angelorum, qui erant tuba canturi.

## COMMENTARIUM PRIMUM EXEGETICVM.

*De Tertia visione Ioannis.*

Quid silentium factum in cœlo quasi media hora significet.

### SECTIO PRIMA.

*Nova Ecclesiæ persecutio sub Iuliano.*

*Rupert.  
Beda.  
D. Anselm.  
Richardus.*

**V**ERUNT, qui existimarent hoc quasi media hora silentio persecutionem Ecclesiæ sub Iuliano Apostata comprehendî, quæ quoniam brevis fuit, nec enim, ut suo loco diximus, biennium integrum perduravit, merito per quasi media hora spatiū exprimatur: datur verò eo tempore silentium factum in cœlo videlicet Ecclesiæ: quoniam is non genere bellandi Ecclesiæ persequendam decernens non saueriendum sibi in Christianos, sed paulatim Christi memoriam ex eorum animis per desuetudinem, & obliuionem delendam duxit: vnde legem sanxit, qua cautus erat, ne Christianorum liberi Græcis disciplinis eruditirentur, vel poetas, scriptores, &c. legerent, aut scholas publicas frequentaret, ne linguis eorum, ut aiebat, acumine perpolitis facile gentiliis disputatoribus obfisterent, corumque vanam in idolis colendis superstitionem redarguerent, & Christianam religionem validis rationibus, argumentisque defensam amplificaret: cauit præterea ne Christiani villos possent in Republica gerere magistratus, ne que ad villam promoueri dignatum: præcepit quoque sacra vasa in imperatorium fiscum inferri: denique templo omnia Christianorū claudi, hymnōsque, & cantus in Ecclesia, omnēmque Christi servatoris cultum grauissimis penitentiis præpositis interficere: ut verē silentium in cœlo, hoc est, in Ecclesia toto eius imperij tempore fuisset existimari debet: si quidē nulla vox de Christo, cuiusq; sanctissima religione publicè audiebatur: quare de relegiis sunt Thod. lib. 3, Sozomērius lib. 3, & Nicephorus libro decimo historiæ Ecclesiastica. Alij, in quibus sunt Rupertus, Beda, D. Anselmus, Richardus, de sancto

de sancto Victore, Cœlius Pannonius, & alij, cum præcedentem visionem ad *Pann.*  
Antichristitēmora, & finem mundi pertinere putauerint, consequenter odcēt, *Tempus à morte Antichristi dicitur*  
hoc quasi dimidia hora silentio indicari temporis illud spatiū, quod à morte *christi dicitur*  
Antichristi usque ad iudicij diem decurret: quod quia exiguum futurum est, vi-*silentiū col.*  
delicet quadraginta quinque dierum, merito inquit dimidia hora spatio si-  
gnificari. Quod enim à morte Antichristi usque ad diem iudicij debeant quadra-  
ginta quinque dies intercedere, probari solet ex Danielis duodecimo, vbi post *Danie. 12.*  
quam de tempore tyrannidis Antichristi dictum fuerat: *A tempore, cùm ablatum*  
*fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominationis desolationem, dies mille ducenti no-*  
*naginta: qui dies conficiunt tres annos cum dimidio, & præterea duodecim dies,*  
*quorum non habetur ratio, quod erit spatium tyrannidis Antichristi: statim sub-*  
*iungitur: Beatus, qui expectat, & pervenit usque ad dies mille trecentastriginta quinque:*  
D. Hieronymus, & Byræus in duodecimum caput Danielis. Aiunt igitur eo tem- *D. Hieron.*  
pori dici factum silentium in cœlo, hoc est, in Ecclesia, quoniam tempus illud  
tranquillum futurum est, & ab omni terrore liberum iuxta illud Marthai vige- *Byræus.*  
simo quarto. *sicut in diebus Noe, ita erit & adveniens filii hominis: sicut enim erant in die-*  
*bus ante diluvium comedentes, & cibantes, & nupti tradentes usque ad eum diem, in quo*  
*intravit Noe in arcum, & non cognoverunt, donec venit diluvium, & tulit omnes: ita erit*  
*adveniens filii hominis. Verum ad hanc sententiam confutandam illud satis esse de-*  
bet, quod ligna illa terrificā prodigiā admīranda, quae Ioannes post eiusmodi  
silentium statim futura commemorat, nullo pacto cum eius temporis tranquilli-  
tate, & securitate conueniunt. Accedit, quod illud de quadraginta quinque die-  
rum spatio, quod à morte Antichristi usque ad diem iudicij decurret, non potest  
certò definiiri, vt in nostrō tractatu de Antichristo ad cap. 13. dicemus uberiorius.

Putamus igitur, cum ea, quæ sequuntur supplicia infidelibus, cæterisque repro- *II.*  
bis inferenda, sint valde terrificā, & formidanda, maximāque Dei irā, & furo-  
rem in impiis demonstrantia, vt ex singulorum explanatione manifestum erit,  
silentium hoc quasi media hora in cœlo factum ingētem admirationem cœlitum  
omnium exprimere, qui ob suppliciorum, plagatumque nouitatem, magnitudi-  
nem, terrorem, quasi præ admiratione obstupefacti, quasi media hora siluisse *Cœli silentiū*  
dicantur. Solet enim rei nouitas cum terrore, & formidine coniuncta vocem, & cœlitū in per-*a lassationē*  
spiritum spectantibus admirare: hoc enim sensu dicitur de Alexandre Macedone *secessione fi-*  
Machabœtorum 1. *Percusit Darium R̄egem Persarum, & Medorum: constituit prælia mul-*  
*ta, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit R̄eges terre, & pertransiit usque ad fines ter-*delium signi-**re, & accepit spolia multitudinis gentium, & siluit terra in confectu eius. Sic etiam Iob 2.*  
*dicitur tres illos amicos Iob sedisse cum eo in terra septem diebus, & septem no-*  
*cibus, & ne verbum quidem ei locutos fuisse tam nota, & insperata rerum Iob* *Iob. 2.*  
*conuersione obstupefactos. Denique de omnib; mundi R̄egibus, atque princi-*  
*pibus Messie regis magnitudinē, atque potentia cum quodam timore admirantib; dicitur Esaïæ 52. *Iste asperget gentes multas super ipsum continebunt R̄eges os suum. Eo-*  
*dé igitur modo cœlites magnitudinē suppliciorum, quæ reprobos extremis mū-*  
*ditemporibus consequantur, admirati dicuntur hoc loco quasi media hora siluisse.* *III.*  
*Non duiximus prætereundam mysticam quandam expositionem huius loci,* *Contempla-*  
quam tradit D. Greg. lib. 31. Moraliū capite vigesimo quarto, vbi per hoc silentiū *to silentium*  
quietem contemplationis intelligit, quia anima intra ē tanquam in quodam cœli *cœli dicuntur.*  
lo surgentes cogitationum tumultus compescit, quoddamque silentium Deo *D. Gregor.*  
facit, quod quia in hac vita perfectum, ac diuturnum esse non potest, idcirco**

Sap. 9.15.

Ezech. 40.

quasi media hora factum dicitur, eo quod etiam nolenti animo variarum hinc inde cogitationum se strepitus ingerant, iuxta illud Sapientiae 9. Corpus, quod corruptitur, aggrat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Quo etiam sensu expedit illud Ezech. 40. cum ad metendam ciuitatem in modo sitam habuisse dicitur vir ille in manu calamini sex cubitorum, & palmi: quia enim, inquit, aeternorum contemplatio hic minime perficitur, mensura septimi cubiti non expletur. Itaque de septimo cubito, in quo quies aeterna exprimitur non nisi palmum tangit.

Quis sit ille Angelus stans ante altare, habensq; thuribulum aureum.

## SECTIO II.

**C**VM Ioannes dixisset vidisse se septem Angelos stantes in conspectu Dei, qui bus datae fuerunt septem tubae, antequam progrederetur ad explicandum integrum eorundem Angelorum visionem, & admirandas illa prodigia quae singularis tuba in sonantibus acciderunt, docet apparuuisse ubi alium quandam Angelum stantem ante altare, habentemque in manu sua thuribulum aureum, cui data fuerunt incensa multa, ut offerret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod ante thronum Dei est, ascendisse que sumuntur incenforum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo: deinde accepisse Angelum thuribulum aureum, impleuisseque illud igne altaris, eoque missa in terram facta fuisse tonitrua, & voces, & fulgura, & ingentem terrae motum. Hunc Angelum licet plerique velint esse unum ex septem illis Angelis primariis, quos initio huius operis diximus ante thronum Dei adstantes, principios diuinæ prouidentie admistros, tamen esse Christum Dominum reliqui omnes interpretes confitentur, Malach. 3.1. qui quoniam Patris nuntius, alegatus ad homines fuit, Angelus testamenti appellatur Malach. 3. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos queritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis, Et apud Esaiam cap. 9. Vocabitur nomen eius magni consilii Angelus. Nec verò recte quidam è recentioribus argumentatur Angelum istum Christum esse non posse, quod Christus nusquam Angelus absolute dicitur, satis enim est, ut cœsequitur facilè intelligi possit Christum esse: quæ nisi Christo, alteri aptè commodari non possunt: cuius enim alterius est universa Ecclesiæ incensa, hoc est, orationes thuribulo auro tanto maiestatis specie Patri offerre: cuius præterquam Christi fuit de igne, quo thuribulum aureum erat impletum, partem in terras misisse, eisque Diuini amoris signe, & signis Spiritus sancti donis inflammasse, ut postea in singulorum explanatione dicemus. Accedit, quod non est opus Apocalypsis phrasim semper ad ceterorum vaticiniorum formas exigere, quippe cum Ioannes altius ceteris prophetis se instar sublimis Aquilæ atollens, sicut eorum vaticinia & visionum splendore, & rerum maximarum altitudine superavit: ita quoque sua nouo dicendi genere interdum explicat, ut non debeat eius loquendi formulas reliquorum vatum terminis, & cancellis definire: nouæ enim, & præter ceteras admirabiles visiones, nouo quoque, & inusitato dicendi genere conscribenda fuerunt.

**III.** Apparet autem Christus Sacerdos personam gerens, ut cius pro nobis apud Patrem intercessio, atque interpellatio monstraretur: id quod principiè hoc loco fieri oportuit: quoniam enim in septem istis Angelis tuba canentibus Apostoli, immo omnes omnino concionatores, ac diuini verbi præcones accipiendi sunt, qui orbem viuenterum Euangelicæ prædicationis vocibus impleuerunt, merito facili Christi in cruce peracti, quod per thuribulum hoc loco igne, thymiam atque repletum.

repletum exprimitur, mentio facienda erat, post cuius videlicet passionem, mortemque Apostolice tubæ sonuerunt. Iure quoque optimo aduentus spiritus sancti in Apostolos in die Pentecostes in igne de thuribulo misso in terras ad umbra: tum commemorate oportuit: quoniam ibi Apostoli diuinitus incensus prius fure-  
runt, ut possent postea vniuersas orbis prouincias admoto eiusdem spiritus igne diuino inflammare. Nec refert, quod Ioannes Prior se Angelos septem cum septem tubis vidisse testatur, & tum Angelum istum habente aureum thuribulum apparuisse commemoret: tum quoniam non semper scriptores sancti seruavit ordinem rerum gestarum: tum etiam quia, si visionem premamus, rem etiam ipsam visioni respondisse compierimus. Prius enim fuit Apostolis datae fuisse tubas, hoc est, eos ad Apostolice prædicationis munus fuisse destinatos, (quod tum factum fuit, cum à Christo ad id officium vocati, electi que sunt) quidam Christum in cruce tanquam summum Pontificem sacrificasse, quod thuribuli aurei ministerio explicatur: tum denique septem Angelos, hoc est, apostolos, ceterosque doctores Euangelicis dubiis toto orbe insonuissile. Nunc quomodo Christus, quem in contextu dicuntur, coveniant explicemus. Supponendum porro in visione huius Angeli a Sacerdote legali similitudinem deponi, qui in thuribulo accepto igne de altari holocausti thymiamata in altari thymiamatis adolebat.

Primum igitur Christus sit etesse dicitur antea altare proculdubio thymiamatis, III.  
sive incensi, in eo enim thura, & thymiamata incendebantur. Per hoc altare Be-  
da, Primas. Haymo, Ambr. Ansbertus, Cælius Pannon. Abbas Ioachimus, & alij  
Eccl. intelligunt, id est, electos ipsos, qui merito altaris vocabulo exprimuntur,  
quod spirituale in eis sacrificium peragatur, & celestia aromata offerantur: antea  
hoc altare tanquam verus Pontifex stat Christus, per quem ut mediator omnia munera nostra Deo Patri mittimus, unde & Eccl. orationes omnes suas illa felici clausula concludit: *Per Dominum nostrum Iesum Christum.* Secundo thuribulum aureum est Christi  
humanitas, quemadmodum iidem auctores interpretantur, & accepisse videtur ex Ori-  
gene homil. 9. super Numeros, in illud Numerorum decimo sexto, cù Aaron sum-  
pro thuribulo, ut offerret incensum stetit inter viuos, & mortuos, & mitigatus est  
furore Domini, cù paulo ante in omnes Dei supplicium, & plaga lauaret. Verus Pon-  
tifax Christus, (inquit Origenes) assumpto thuribulo carnis humanæ medius in-  
ter viuos, & mortuos stet id est, morte prohibuit ultra grassari, destruens eum, qui  
habebat mortis imperium, ut ait Paulus ad Hebreos secundo. Quia omnia ad verbū  
reperies apud Augustinum sermone 98. de tempore. Dicitur vero Christi humanitas Hebr. 2.  
thuribulum aureum propter charitatis magnitudinem, multaque alia præclarissima,  
longèque illustrissima dona Divina, quibus à Deo fuit merificè exornata.

Tertio data sunt illi incensa multa, ut dare de orationibus Sanctorum omnium, IV.  
super altare aureum. Hinc apparet altare, de quo modò est sermo, esse altare  
Thymiamatis: hoc enim aureum erat, cum altare holocausti æneum esset. Igitur Oratio infor-  
data sunt incensa Christo, hoc est, omnium electorum orationes, quas cur per  
aromas, & odores exprimantur, iam superius docuimus, quoniam orationes Ecclesiæ perlungum Pontificem Christum Deo offeruntur. Sic etiam Paulus exhortatur ad Hebreos decimo tertio. *Per ipsum offeramus hostiam laudis semper Deo.* Et capite septimo. *Sempiternum habet sacerdotium: unde & salvare in*  
*perpetuum potest accedens per semetipsum ad Deum: semper vivens ad interpellandum pro*  
*nobis.* Et primæ Iohannis 2. *Si quis peccaverit, adūcatum habemus apud Patrem Iesum* 1. Iohann. 2.  
*Christus iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Quoniam vero interpellatio Christi grauissima est Patri, subiungitur: *Eta ascendit sumus incensorum de orationibus*

A 2

sandorum de manu Angelorum Deo. Porro quanquam haec etiam nunc locuta habent: Ioannes tamen potissimum hoc loco de Christo in Cruce, cu pro omnibus humanitatis thuribulo omnium mortalium vota, salutem, & redemptionem de peccatis ipse cum suo illo sacrificio cumulatissime implevit: interpellans se ipsa p[ro]p[ter]e omnibus suo illo cruento sacrificio, quod pro mundi redemptiose tanquam verus Pontifex offerebat, adjungens quoque clamorem, & lacrymas exauditus que est pro sua reuerentia, quemadmodum diserte tradit Apostolus ad Hebr. sc. 24, inquit, in diebus carnis sua preces, supplicationes que ad eum, qui posse sacrificium suum sacre a morte, cum clamore valido, & lacrimis offerens exauditus est pro sua Deo offerens reuerentia. Quo loco illud, in diebus carnis sua, Hebraicum continet, significat que illud tempus, quo Christus inter homines passibilis verbabatur sic enim caro accipitur 2. Corinthe. 5. si ergo sum secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus: quemadmodum interpretatur D. August. lib. 11, contra Faustum Manich. c. 7. Carnem, inquit, hoc loco non ipsam corporum nostrorum substantiam, quam Dominus etiam per resurrectionem suam carne appellat, dicens Lucas 24. 39. Palpate, & videte quia spiritus carni, & ossa non habet, sicut me video habere: sed corruptionem, mortalitatemque; carnis vultus intelligi, que post resurrectionem non erit in nobis: sciat in Christo non est. Deinde aduerte quoddam has preces, & supplicationes, de quibus loquitur Paulus, referre ad orationem Christi in horto, quod colligere se arbitrantur ex illis verbis: Qui posset illum saluum facere a morte, tunc enim constat Christum a Patre petuisse, ut a se passionis calicem transferret: ita sentiunt D. Ambrosius, Theodor. Occumen. & D. Thomas in commentariis suis loci. Verum nos quanquam propter tantorum Doctorum aueritatem ad orationem quoque factam in horto has preces, supplicationesque spectare credimus; tamen multo magis oratione Christi in Cruce intelligendas esse arbitramur: mouentque nos in primis illa verba: & exauditus est pro sua reuerentia: que nouita facile, quicquid super iusta testes conetur, & orationem in horto accommodari possunt: cum Christus tunc secundum inferiorem animae partem petierit, ut calix passionis ab ipso, si fieri posset, transferretur: quod etiam non fuit a Patre concessum: tametsi secundum superiorem animae partem voluntatem, in qua, non ut appetitus erat naturalis, sed ut rationem consequabatur, quemadmodum docet diuinus Thomas, fuerit exauditus, siquidem se diuinae voluntati omnino conformabat dicens: Verum amem non mea viuunt, sed tu a sis. Deinde quoniam, cum Paulus dicat Christum orasse cum clamore valido, id autem non in horto factum legamus, sed in Cruce, par est, credere Paulum multo magis ad orationem Christi in Cruce, quam in horto habitam spectasse: idque tandem confessus est D. Thomas in commentariis super epistolam Iacobi cap. 4. vbi docet Christum quaterfleuisse, primum in infante, instar aliorum infantium: deinde cum Lazarum voluit a mortuis excitare Ioan. 11. Tertio super ciuitatem Hierosolymam Luc. 19. postremo in Cruce iuxta illud, inquit, Hebr. 5. Cum clamore valido, & lacrimis. Exauditus vero dicitur pro sua reuerentia, seu ut est Gracchus: ei[us] deo o[ste]ris & elemosinias, hoc est, ut exponit D. Chrysostomus, exauditus est ob eam reuerentiam, & venerationem, quia ipse dignus erat. Haec enim nobis interpretatione magis probatur, quam ea, quia quida alterunt exauditum scilicet fusile pro sua reuerentia, hoc est, pro illa reuerentia, qua ipse Patrem reuerebatur: & quam illa Occumenij, & Photij, exauditum esse pro sua reuerentia, hoc est, pro singulari erga nos humanitate, ac pietate.

V. Quarto. Accipit Angelus thuribulum aureum, impletumque illud de igne altaris, & misit in terram. Recte Angelus impletus dicitur ignis thuribulum, quia Christus non

Christus in  
cruce ponti  
fex sacrificiu  
s et illum saluum facere a morte, cum clamore valido, & lacrimis offerens exauditus est pro sua Deo offerens reuerentia. Quo loco illud, in diebus carnis sua, Hebraicum continet, significat que illud tempus, quo Christus inter homines passibilis verbabatur sic enim caro accipitur 2. Corinthe. 5. si ergo sum secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus: quemadmodum interpretatur D. August. lib. 11, contra Faustum Manich. c. 7. Carnem, inquit, hoc loco non ipsam corporum nostrorum substantiam, quam Dominus etiam per resurrectionem suam carne appellat, dicens Lucas 24. 39. Palpate, & videte quia spiritus carni, & ossa non habet, sicut me video habere: sed corruptionem, mortalitatemque; carnis vultus intelligi, que post resurrectionem non erit in nobis: sciat in Christo non est. Deinde aduerte quoddam has preces, & supplicationes, de quibus loquitur Paulus, referre ad orationem Christi in horto, quod colligere se arbitrantur ex illis verbis: Qui posset illum saluum facere a morte, tunc enim constat Christum a Patre petuisse, ut a se passionis calicem transferret: ita sentiunt D. Ambrosius, Theodor. Occumen. & D. Thomas in commentariis suis loci. Verum nos quanquam propter tantorum Doctorum aueritatem ad orationem quoque factam in horto has preces, supplicationesque spectare credimus; tamen multo magis oratione Christi in Cruce intelligendas esse arbitramur: mouentque nos in primis illa verba: & exauditus est pro sua reuerentia: que nouita facile, quicquid super iusta testes conetur, & orationem in horto accommodari possunt: cum Christus tunc secundum inferiorem animae partem petierit, ut calix passionis ab ipso, si fieri posset, transferretur: quod etiam non fuit a Patre concessum: tametsi secundum superiorem animae partem voluntatem, in qua, non ut appetitus erat naturalis, sed ut rationem consequabatur, quemadmodum docet diuinus Thomas, fuerit exauditus, siquidem se diuinae voluntati omnino conformabat dicens: Verum amem non mea viuunt, sed tu a sis. Deinde quoniam, cum Paulus dicat Christum orasse cum clamore valido, id autem non in horto factum legamus, sed in Cruce, par est, credere Paulum multo magis ad orationem Christi in Cruce, quam in horto habitam spectasse: idque tandem confessus est D. Thomas in commentariis super epistolam Iacobi cap. 4. vbi docet Christum quaterfleuisse, primum in infante, instar aliorum infantium: deinde cum Lazarum voluit a mortuis excitare Ioan. 11. Tertio super ciuitatem Hierosolymam Luc. 19. postremo in Cruce iuxta illud, inquit, Hebr. 5. Cum clamore valido, & lacrimis. Exauditus vero dicitur pro sua reuerentia, seu ut est Gracchus: ei[us] deo o[ste]ris & elemosinias, hoc est, ut exponit D. Chrysostomus, exauditus est ob eam reuerentiam, & venerationem, quia ipse dignus erat. Haec enim nobis interpretatione magis probatur, quam ea, quia quida alterunt exauditum scilicet fusile pro sua reuerentia, hoc est, pro illa reuerentia, qua ipse Patrem reuerebatur: & quam illa Occumenij, & Photij, exauditum esse pro sua reuerentia, hoc est, pro singulari erga nos humanitate, ac pietate.

D. Amb.  
Theodor.  
Occumen.  
D. Thom.

D. Thom.  
Luc. 22. 25.

Christus qua  
terfleuisse.  
Ioan. 11.  
Luc. 19.  
Hebr. 5. 7.  
D. Chr. sofi.

Occumen.  
Photij.

non ad mensurā datus est Spiritus sanctus: itaque de auro humanothū thuribulo pleno igne charitatis, & donorū Spiritus sancti nūsīt Christus in terrā, eum Spiritūm sanctū in Apostolos in die Pentecostes sub specie ignis largiter effudit. Illud tibi difficultatem hoc loco facit, quomodo Christus dicitur accepisse ignem de altari, si per altare Ecclesia intelligenda est, nā ipsa potius de Christo, non Christus de ipsa ignem accepit: sed eam tamē sic expedit, si aduertas tam in tabernaculo, quam in templo duplex fuisse altare & holocausti videlicet, & thymiamatis, illud æreū in atrio, hoc aureum in ea parte, quæ Sancta dicebatur: in illo hostię cremabatur, in hoc thura, & thymiamata adolebantur: denique ex altari holocausti ad altare thymiamatis ignis defererebatur, ut aromata incenderentur. Priori igitur loco cū Christus dicitur stetisse ante altare, in quo altari Ecclesiam significatā diximus, intelligendū est altare thymiamatis: hoc vero loco, cum dicitur Angelus impleuisse thuribulum de igne altaris, altare holocausti accipere oportet, quod altare non Ecclesia interpretamur, sed cum Cælio Panno, & alio Crucē, quæ altare holocausti merito nūcupatur, quod in ea Christus Patri se in holocaustus obtulit: quia enim per Crucem sibi quidem gloriam corporis, & celebritatem nominis promeruit, nobis autem, ut spiritus sanctus daretur: optimo iure thuribulum de igne altaris impleisse, cūmque in terrā missile perhibetur. Postremo postquam ignis ab Angelo missus est in terram, dicuntur facta tonitrua, voces, fulgura, & terræmotus, quia Apostoli postquam ignem Spiritus sancti in die Pentecostes sibi à Christo ē cælo demissum, in specie ignis acceperunt statim ceperūt loqui variis linguis, (id enim voces significant) prædicatione tonare, fulgurare miraculis, denique orbē vniuersum totum miraculo-quin splendore, tu doctrinę magnitudine, altissimāque mysteriorum fidei explana- natione ita quater, rerumque ipsarū nouitate attonitum permouere, ut terræmotum magnum diceres, & huique genitum excitatum: quanquam & per terræmotum tyranorum, ac principū aduersus Ecclesiam persecutions, quibus orbis vniuersus quasi ē sedibus, imd & a fundamentis quodammodo avulsus turbari, commouerique videbatur, non in concinuē accipi possint.

## Altare holocausti describitur.

## S E C T I O N . III.

**V**T̄ca, quæ hoc loco Iohannes de Angelo, qui ex uno altari ignem accepit, in altero thymiamata incendit, illustriora reddat, utriusque altaris descrip- tio sub aspectum subiicienda est. Supposuimus enim hancenū duo altaria in tabernaculo Mosaico, sicut in templo Salomonis fuisse unum holocausti, thymiamatis alterū, ex uno que igne ad incendenda in altero thymiamata deferriri solet, id quod à precedente Angelo quem Christū interpretamus, factū fuisse. Cum Iohannes docimus: quæ plane visu sine triujs; altari descriptio per spe- cias sit esse non potest. Primum itaq; altare holocausti defecit hanc ex his, quæ Exod. 27. & 30. commemorantur. Erat igitur in primis illud altare dēlignis secum cooperitis laminis grecis interiūs, & exteriūs, habebatque longitudinem quinque cubitorum, latitudinem similiter cubitorum quinque, altitudinem vero triū cubitorū, ut sacerdotes facile ad illud posset pertingere: quare erat hoc altare instar cuiusdam quadrigae arce fundo, & operitorio carens, totū intrinsecus va- cuum & inane. Secundo in superiori parte ad quatuor angulos totidem veluti cornua prominebat obelisci inita ex eadē materia, non diuūcta, sed continuata cū reliquo ære: sic enim exponunt interpretes illa verba ex divulgissimo septimo Exod. 27. 22.

Aa ij

Spiritus sancti in Apostolos adueniens.

Pannonia.  
Crux Christi  
altare holocausti.

Post Diem  
Pentecostes  
Apostoli ful-  
gura, tem-  
tationis edūs.

Altaria holos-  
causti que  
maserent.

*Eneas craticula qualis fuerit.  
Hebrei.  
Abulens.  
Lyraeum.*

Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erant. Tertiū erat quædam craticula ænea usque ad altaris medium in modum retis, de cuius forma sitique est aliqua cōtrouersia Hebrei, quos sequitur Abulensis quæstione sexta super caput vigesimum septimum Exodi, & Lyranus ibidem existimant hanc craticulam non immittis solitam intrâ altare, sed fuisse per eius circuitum tanquam zonam quā dāni eleūtam per cubitum cum dimidio usq; ad altaris medium, ad altaris dumtaxat decorē, & pulchritudinē. Verūm hæc sententia omnino est improbabilis, & planè à sacro contextu abhorrés, ut perspicuum est. Alij eam sine pedibus effingunt, appenduntque ex quatuor cornibus altaris per quatuor illos circulos æneos, ita ut per catenulas etiam æneas usque ad medium altaris descendere.

*Arias Mōia.* Arias Montanus sentit capi craticulam quatuor pedibus constitisse, quibus fulciebat, usque ad altitudine esquicubitali, atque adeò illatā intrâ altare & pavimentū superpositā pertinuisse usque ad altaris mediū. In eo hæc opinio nobis nō probatur, quod craticulā demittit intrâ altare usque ad altaris mediū: quāvis enim Exodi vigesimo septimo dicatur: *Et isque craticula usque ad altaris medium, id tamen nō de craticula quoad partem superiore, in qua carnes ponebantur, accipiebundum est: ea enim superficiem ipsam altaris contingebat: sed de inferiori parte craticulæ, quæ dicebatur arula, in qua ignis incendebatur: hæc namque arula manebat in medio altaris, quemadmodū disertè traditui Exodi trigesimo octauo, ubi ita legimus: Craticulam eius in modum retis facies ænam, & subter eam in altari medio arulā, hinc enim craticulam & qualem spatio illi vacuo intrâ altare, ita tamē, ut cōmodè posset intrâ altare inferri, & extrahi, cum opus esset, tum ex ista craticula pendere arulā ænam eiusdem & longitudinis, & latitudinis æneis clavis superiori craticula annexā, ita ut inter superiorēm craticulā, & inferiorēm interiectū esset spatiū usque cobitale, seu cubiti cum dimidio, ex quo siebat, ut ista arula manaret in medio altaris, cum altaris altitudo esset triū cubitorum. In hac igitur arula ponebantur ligna, ignisq; incendebatur ad concremādas carnes, quæ in superiori craticula ponebātur: déque ista arula intelligendum est, quod dicitur Exod. trigesimo octauo. *Et subter eam in altari medio arulā.* Quidam in ista arula deorsum versus ponunt quatuor pedes æneos in quatuor angulis constitutos, cum ipsam et arulā continuatos, quibus totum craticula instrumentum cum sua arula in pavimento nitaretur. Ceterū cū neque ex scriptura, neq; ex Iosepho habeamus craticulam istam habuisse pedes, nō est cur cī illos adiungamus: credimus enim illam per catenulas fuisse appensam ex quatuor cornibus altaris, quos in altari fuisse per quatuor angulos superius diximus.*

*Exod. 27.5.*

*Exod. 38.4.*

nebant: iij vero vetes erant de lignis letim obducti aere. Sexto non defuerunt, qui existimarent hoc altare holocausti impletum fuisse terra usque ad medium, ad quam opinionem acceperunt Abulensis, & Magister historie scholasticæ, proba-  
re que nituntur ex illis verbis Exodi vigesimo. Altare de terra facietis mihi. & offere-  
ris super eo holocausta, & pacifica vestra. Ceterum Theodoretus quæst. 74. super Exo-  
dum ait eo loco Exodinon esse sermonem de alta holocausti, quod erat in atrio  
tabernaculi, sed de altaribus, quæ specialiter in aliquibus locis erigebatur adim-  
molandum, quæ Deus volebat esse vel ex terra, vel ex impolito lapide, ut peracta  
immolatione quam primum destruereetur, ne postea gentilibus ad cultum Deorum  
suum deseruissent: unde eodem loco Exodi statim habbitur: Quid si altare lapidatum  
fuerit mihi, non adificabis illud de scâta lapidibus: sed tamen impleri solitum eiusmodi  
altare lapidibus saltem usque ad medium, hoc est, usque ad arulum, manifestè col-  
ligitur ex primo Machabœorum quarto, ubi ita legimus. Dicit autem Iudas, & fra-  
tres eius. Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus nunc mundare sancta, & renouare. Et  
congregatus est omnis exercitus, & ascenderunt in montem Ieron, & viderunt sanctificationem de-  
sertam, & altare profanatum, & portas exusta. Et paulo post: Et cogitauit Iudas de altari  
holocaustorum, quod profanatum erat, quid de eo ficeret, & incidit illuc osilium binum, ut de-  
struerent illud, ne forte illud esset in opprobrium, quia contaminauerunt illud gentes, & demoliti  
sunt illud. Et reposuerunt lapides in monte Domini in loco apto, quo adusque veniret Propheta, &  
responderet deus. Et accepert lapides integræ secundum legem, & adificaverunt altare nouum  
secundum illud, quod fuit prius. Vbi cernis altare holocausti ex lapidibus constructum,  
sed illud ita accipe, ut lapidum structura per cubitum cum dimidio tantum afer-  
deret, deinde vero superponeretur altare æcum, & eratcula cum sua atula usque ad  
medium altaris per cubitum etiam cum dimidio descendens inferretur: erat  
enim altare hoc tribus altum cubitis. Postrem dicitur in hoc altari siebatinge illud sa-  
crificium, de quo agitur Numerorum vigesimo octavo. Etiam duo agnientia, &  
li quotidie immolabantur, unus mane, & alter vesperi: prioris immolatio sacrificium  
matutinum, posterioris vespertinum dicebatur præter alia multa sacrificia,  
quæ in eodem altari peragebatur: præcipiebat vero Deus Leuitici sexto, ut ignis  
in hoc altari nunquam decesset, quo circa à Sacerdotibus lignis subinde appositis  
in continuo fonebatur. Atque haec de huius altaris descriptione.

## Myistica altaris holocausti expositio.

## SECTIO IV.

**N**E superius descriptam altaris holocausti formam expertem mysterij putet I.  
quispiam, duplex illius mysterium indicabimus, unum ad allegoriam, alterum ad mores pertinens. Quod ad allegoriā ligatur spectat, omnia sacrificia, quæ in altari holocausti peragebantur, sacrificiū Christi crucifixū in cruce peractum, repræsentabant, sicut iuge sacrificium, sacrificium Mille in cruentum, quo Christus quotidie in Ecclesia immolatur, ut plerique omnes Patres docent: quade re legendus est doctissimus Tertianus posteriorē tractatu de Eucharistia cap. vigesimo secundo. Ex quo fit, ut merito Crux Christi per altare holocausti fuerit adū-  
brae, siquidem in ea peractum fuit illud cruentum Christi sacrificiū. Erat alta-  
re holocausti non intra, sed extra tabernaculum, in atrio videlicet tabernaculi  
constitutum, quoniam Christus extra castra passus est, ut ait Paulus ad Hebreos 13. Quatuor cornua designata quatuor mundi plagas, pro quibus Christus se Patri obtulit. Cooperitus laminis æreis, quia cū æs sit sonorum, recte Crucis prædica-  
tio tota erat diffusa.

Aa iii

Psal. 18. 5.  
Crucis po-  
tentia.

tionem toto esse per Apostolos diffusam, significat, iuxta illud Psalmi decimi octauii. In omnem terram exiit sonus eorum. Est etiam es symbolum fortitudinis ad exprimendam crucis in uitam potentiam, que omnes mundi, Demonisque vires non tantum in fregit, sed etiam contrivit. Craticula, in qua carnes ponebantur, & igni supposito tremabantur, ostendit acerissimos cruciatus, quibus Christus in Cuce tanquam in craticula torrebatur, iuxta illud Psalmi 101. quod ad Chri-  
storū Christi, sum etiam spectat. Offa measicut crevium aruerunt, seu ut reddit Hieron. Quasi frixa quibus Ad contabuerunt, ut legit August. Tanquam in frixorio confusant, ut alij, Tanquam focus, peccatumfa- austorū alustant. Non vacat autem mysterio, quod in latere Orientali erat fe-  
strauit, per quam lignain arulam immitebantur, & igni fomenta suppeditabatur,  
Paradisus ter- quoniam scilicet à parte Orientali, in qua situs fuerat paradisus terrestris, pecca-  
rifici ad O: tum Ada prouenit, quod coloribus, & cruciatibus Christi, materiam, & fomen-  
tientem fuit. ta ministravit: quod autem paradisus ad Orientem fuerit, ostendit locus ille Ge-  
Genes. 2. 8. nes. 2. vbi pro eo, quod nos habemus: Plantauerat Dominus Deus paradisum a principio,  
Septuag. in- habent Septuaginta, εφύτευεν καλος ο δεος της δέκατης επει και απλασ, tēpretti. id est, Plantauerat Dominus Deus paradisum in Eden ad Orientem. Atque hæc breuiter  
de altaris holocausti allegoria.

**II.** Quod ad tropologiam spectat, ea est de pœnitentia, carnisque maceratione  
**D. Gregor.** quædammodum docet D. Gregor. homilia vigilia secunda in Ezech. vbi altare ho-  
Carnis ma- locausti cum altari thymiamatis componit. Quid est, inquit, altare, nisi me, si bene vi-  
ceratio, &  
panentia in uenitum, qui peccatorum suorum memores lacrimis se lanant, carnem per abstinentiam mace-  
rari holo- rant, vbi ex maiore compunctioni ignis ardor, & caro consumitur iuxta illud Apostoli ad  
causis figura. Romanos duodecimum. Ut exhibeat corpus vestra hostia viventem, sancta, Deo placentem: ho-  
sta vivens est corpus Domino affictum: hostia, quia iam huic mundo est mortuum, viues, quia  
Rom. 12. 2. cuncta, que preualeat, bona operatur: sed alia campunctorum est, quæ per timorem nascentur, alia,  
que per amorem: unde in tabernaculo duo altaria sibi inveniuntur, unum exterius, aliud interius:  
unum in atrio, aliud ante arcam: unum ære cooperiu, aliud auro: in æro cremantur carnes, in  
aureo incenduntur aromata. Multi enim plangunt mala, quæ fecerunt, & incenduntur vita  
igne compunctionis, quorum adhuc suggestiones in corde patiuntur, quid isti nisi altare sunt a-  
ream, in quo carnes ardent, quia adhuc ab eis carnalia opera planguntur. Alii verò à carnali-  
bus vitiis liberi amoris flammæ in compunctionis lacrimis snardescunt, superius iam ciuibus in-  
teresse compescunt. Regem in decoro suo videre desiderant, & stile quotidie ex eius amore non ces-  
sant, quid isti nisi altare sunt arcum, in quorum corde aromata incensa sunt, quia virtutes  
ardent: sed hoc altare aureum est ante velum, quia sanctorum corda per sanctum desiderium  
in illum ardent, quem adhuc reuelata facie videre non possunt. Hactenus Gregorius. Ex  
quo didicisti altare holocausti esse cor hominis tele per pœnitentiam macerantis  
prauasque animi appetitiones castigatione corporis comprimentis: altare verd  
thymiamatis esse cor iusti orationem, & amore Deo tanquam sua uissimum thymia-  
ma offerentis. Porro obserua quoad situ ingredientibus sive tabernaculum, sive  
templū Sacerdotibus prius occurrere altare holocausti, quam altare thymiamatis in ea parte, quæ  
dicebatur Sancta: nimur ad perfectionem tendentibus prius est exercenda mor-  
tificatio, prauarumque appetitionum cōfessio, ut ad thymianam Deo offerendum  
per inter nos, & excellentes virtutum actus, inflamatumque amore possint acce-  
dere: vnde Cant. 3. prius myrra, quam thus nominatur. Quæ est ista, quæ ascendit per  
desertum sicut virgula sum ex aromatis myrræ, & thuri: Præterea ignis, quo thymiamata in altari aureo incendebantur, deferebatur ex altari holocausti, in quo  
perpetuū ignis souebatur, quoniā orationum feruor, atq; ardor ex carnis mace-  
ratione,

Cant. 3. 6.

Mortificatio  
orationis ex-  
ercitio, cate-  
risque virtu-  
tibus pra-  
mutenda est.

ratione, ac passionum mortificatione ortum habet: à qua nunquam cessandum est, sed conseruandus perpetuo ignis in altari holocausti propter continuā carnis tyrannidem, quæ etiam debet continuo bello, & conflietu coerceti. Quare qui orationi vacare studet non incumbens mortificationi, perinde facit, atque si sine igne aromata velet incendere,

Craticula confecta in modum retis varia mortificationum, & macerationum genera inuicem connexarum, & in modū Crucis, quæ etiam mortificationis est symbolum, complicatarum designat, quibus, quicunque studio virtutum deduntur hoc spirituali holocausti altari continuo torrētur, caro que ipsa consumitur, hoc est, carnalis, & animalis homo destruitur, & in spiritualem, ac cœlestem conuerteritur, iuxta illud Pauli 2. Corinthiorum 4. Propter quod non desicimus, sed licet nō, qui forū est, nōst̄r homo corrumpitur: tamen nō, qui intus est renouatur de die in diem. Atque hæc mira carnalis hominis in spiritualem conuercio, quæ in altari holocausti perficitur, mihi videtur expressa in eo altari holocausti, quod per visum ostensum fuit Esaiæ c. 6. ait enim Propheta volalisse ad se vnum de Seraphim, habentem in manu calcum, quem forcipe tulerait de altari, eoque os suum tetigisse, atque mū-  
dasse: quo loco per calcum vult D. Hieronymus accipendum esse carbunculū. Esa. 6. D. Hieron.

pretiosam gemmam: nam verbum Gracum ἀσθετικόν, quo vñ sunt Septuaginta, & carbonem ignitum, & carbunculū lapidem pretiosum significat. Calculus iste, inquit Hieronymus, qui à solū Septuaginta ἀσθετικόν id est, carbunculus interpretatur, potest non carbonem significare, vel prunam, ut plerique existimant, sed ἀσθετικόν, id est, carbunculum lapidem, qui ob colorū flammæ similitudinem ignem appellatur ex quo intelligimus altare Dei plenum esse carbunculu. Hæc Hieronymus. Iuxta cuius sententiā putantis calculum illum detractum forcipe à Seraph ex altari fuisse carbunculū pretiosā gemmā, merito aliquis querat, quomodo ignis illius altaris poterat nutriti carbunculis, gemmisque pretiosis, cū gemmæ non sint aptæ ad nutriendū ignem? Cui dubitationi mihi respondendū videtur in illud quidem altare non carbunculos, & gemmas ad ignem nutriendū immislas fuisse: sed coniectos carbones, quitamen ab igne altaris in gemmas conuertebantur: itaque qui carbones inie-  
Ponitentia  
vñ inzenti, &  
mirabilis.  
cti fuerant, carbunculi, & gemme prodibant ad vim nostri altaris holocausti, pœnitentia seilicet exprimendam, cuius vi planè diuina, & admirabili peccatores instar carbonū frigidū, nigrique suorum scelerum, ac flagitorum turpitudine in carbunculos, gemmasque euadūt pulcherrimas: sicutque pretiosi lapilli, sive per charitatis ardorem carbunculi, sive per castitatem smaragdi, quod lapidis genus inimicū esse libidinā à multis prodit scriptoribus, sive etiam per inuidiam animi fortitudinem, & infuperabilem diuina ope in medio persecutionum patiētiam adamantes. Itaque hic etiam verum est illud Psalmi: Carbones succensi sunt ab eo, nec Psal. 17. 9.

tantum succensi, sed in gemmas, etiam pretiososque lapillos diuinitūs conuersi. Atque hæc de altari holocausti mysterio perstrinxisse sit satis.

Altare Thymiamatis describitur, eiisque mysterium explicatur.

### S E C T I O V.

**D**Escripto altari holocausti, superest, vt altare quoque thymiamatis describamus, vt ea, quæ Ioannes hoc loco tradit, intelligi queat: siquidem vñ di-  
ximus hac visione vtrumque altare complexus est. Igitur de altaris thymiamatis figura agitur Exodi 34.

Primum vero scientiū tria tantum fuisse ea in parte templi, quæ dicebatur I.  
Sancta, hoc ordine collocata, vt auctor est Iosephus lib. 3, antiquit. c. 7. Ad Septen-

A a iiiij

triionalem templi parietem erat mēla propositionis nō longē ab adyto: ex aduer-  
 lo mensie ad parietē meridionalē erat candelabrum aureū: inter hōc, & mēlam  
 altare thymiamatis. Secundō, erat hoc altare delignis setim, id est, iuxta proba-  
 biliorem sententiam cedrinis, quæ ligna cooperiebantur laminis aureis, cum in  
 cōtextu dicitur, *Vestisque illud auro purissimo.* Tertidō, erat quadratū, hoc est, & qua-  
 lium laterū, cum haberet cubitū vnum in longitudine, & alterum in latitudine,  
 quare in contextu quadrangulum pro quadrato accipendū est, habebat tamen  
 altitudinem duorū cubitorum. Quartidō procedebat ex ipso cornua quatuor an-  
 gulis superioribus, quæ cornua Lyranus vultus fuisse quædam pomella in quatuor  
 illis angulis colligata ad pulchritudinem, & decorē altaris, quæ opinio est He-  
 bræorum. Abulensis, & aīj existimant fuisse partes quasdam prominentes ex ipsis  
 angulis prodeutes, neque probat eorū sententiam, qui putarunt eiusmodi partes  
 fuuisse recuruas, vt ex iis videlicet appèderentur aliquæ craticulae aureæ ad incé-  
 dendum thymiamam, aut vasculū aliquod ad Thymiamam, igne mve recipiendum:  
 imdē cōtendit, siue ea cornua recuruas fuerit, sine rēcta, nihil ex eis appèdi solitu-  
 quemadmodū fusè argumentatur questione secunda super caput trigeminum  
 Exodi: docens vasa omnia ad altare thymiamatis pertinēcia fuisse in altari holo-  
 causti. Quintidō habebat hoc altare opertorium quoddā reticulatum, hoc est, in-  
 star retis de lignis setim cooperit laminis aureis, quod in cōtextu craticula, & in  
 Hebreo teclū appellatur. Sextidō habebat in superiori parte coronā aureolam per  
 circuitum, id est, labiū quoddam aureū ambiens totum altare in superioribus  
 extremitatibus, quod corona dicitur, non quod rotunda esset, siquidem erat qua-  
 drata, quemadmodū & altare, sed quia totū altare per gyrum ambiebat. Septi-  
 mō. Erant sub corona duo annuli aurei per duo apposita latera, id est, quatuor  
 bini videlicet in duobus lateribus appositis, vñi eos quo vēctes de lignis setim  
 cooperiti laminis aureis insereretur ad portandum altare. O clauō. Super hoc alta-  
 re cremabatur incensum quoddā compōsum, quod appellatur thymiana, non  
 ita tamē, vt per craticulā immediate pōneretur: sic enim aurū, quo erat cooper-  
 tū, igne liqueficeret, & cinere obscuraretur: sed erat quoddam vas æneum, quod  
 vocabatur ignis receptaculū, & sepe dicitur thuribulum, cuiusmodi erant multa  
 vasa, vt patet Lexit. 10. vbi refertur Nadat, & Abiu filius Aaron posuisse ignem  
 in thuribulis, & incensum Domino obtulisse: itaque ponebatur super craticulā  
 huiusmodi thuribulum, & in eo thymiana offerebatur: diebus quidem profestis  
 vnum tantum thuribulum: in solennioribus interdūm plura, vt ex capite 9. Le-  
 uitici perspicuum est Non dō. Non solum summus sacerdos, sed etiam reliqui om-  
 nes offerebant incensum in hoc altari: quemadmodum probat Abulensis quæ-  
 stione 60. super 30. caput Exodi ex Zacharia patre Ioannis Baptista, qui erat ex  
 minoribus Sacerdotibus, & tamen offerebat incensum coram Domino. Lucei.  
 Decimō. Hec thymiamatis oblatio fiebat bis in die: semel quidem mane cūm  
 Sacerdos componebat lucernas candelabri: cūm enim septem essent lucernæ in  
 candelabro, quatuor earum de die non ardebant, vt auctor est Iosephus libro 3.  
 antiquitatū cap. 9. cāsque Sacerdos extinguēbat ad auroram reliquæ tres alias  
 lucentes, tūc igitur semel offerebat thymiana: deinde vñi iterum vesperi, cūm  
 redibat, vt quatuor lucernas extulit as rursus accenderet: omnes enim septē de-  
 noce lucebāt. Quod vero attinet ad thuribulum aureum, cuius hic facit men-  
 tionem Joannes, illud erat in Sanctis Sanctorum, quemadmodum docet Paulus  
 ad Hebreos 9. vt inferius demonstrabimus, ad vñum videlicet Sacerdotis, cūm  
 semel in anno in die illo solenni purgationis ingrediebatur in Sancta Sanctorū:  
 quo

quo sit, ut hoc loco non quilibet Sacerdos, sed summus, & maximus per Angelum habentem thuribulum aureum accipiens sic: siquidem reliqui Sacerdotes aeneis thuribulis vtebantur, ut paulo ante diximus.

Quod atinet ad huius altaris mysterium, illud inter alios explicavit Beda libro suo de templo Salomonis capite 12, a quo nonnulla mutuabimur. Altare igitur thymiamatis praestantes sanctitate viros significat, qui per celestium rerum contemplationem, terrenarumque despicientiam propè Sancta Sanctorum caelestia vitam agunt; qui si in altari holocausti, in quo hostia cremabatur, passionis suat ho- stis immolatis orationum, reliquarumque virtutum thymiamata sua uissima di- uini amoris igne incendunt. Deoque in cordis sui thuribulo sanctissime offerunt. Erat de lignis setim imputribilibus, quia terrena corruptionis expertes, & ferre imputribiles oportet esse eos, qui contemplationi vacant, & desiderio tendunt ad ecclœsia, quæ tamen ligna aureis charitatis bracchis debent esse cooperata. Quadratum erat altare, quæ figura firmatæ: & stabilitatis est symbolum: quoniam quæ iam sunt altare thymiamatis, nullis debent rerū successibus de suæ mœtis statu, & tranquillitate dimoueri iuxta Pauli ad Romanos 8. Quis ergo nos separabit a charitate Christi tribulatio, an angustia? Quæm candé ob caelum arcæ Noë, quæ figura Ecclesiæ fuit, ex quadratis lignis fuit cōposita, quæadmodum expedit Origenes hom. 2. in Genesim. Etenim pro eo quod nos habemus Genes. 6. Facti arcæ de lignis la- ogatus, Septuaginta trāstulerunt, fac tibi arcæ de lignis quadratis: idcirco enī Area- des, vt auctor est Pausanias, De oris suorum simulachra quadrangularia faciebāt, vt corum inde stabilitas demonstretur. Altitudo duorum est cubitum, quia non solum mente, sed etiam corpore in coelestia feruntur, quemadmodum de se te- statur Regius vates Ps. 83, Cormein, & caro mes extaurerunt Deum visum. Quatuor habet cornua, seu pomella quædam pulcherrima, quia quatuor illæ virtutes Prudentia, Iustitia, Temperatia, Fortitudo, quæ in quatuor animæ angulis col- locatae eam pulcherrimam efficiunt. Craticula aurea, in qua odores ponuntur, ipsa iustorum corda interpretatur Beda, in quibus orationum, & desideriorum aromata Deo adolescentur, quæ craticula est ad excernendos omnes testemnotum affectionem, & cogitationum cinctes, ut pura maneat oratio, & per purgata coelestium rerum desideria. Duo vectes, quibus porratur altare, sunt amor duplex, Dei videlicet, & proximi: quo duplicitate mens iustificari, ac sustinerti debet: Amor Dei, qui vectes merito in circulos aureos inseruntur, quia uterque amor per aureas, id est, charitate fulgentes actiones exercetur.

Adverte autem nullo modo potuisse altare altero tantum vestre portati, quin corrueret: sic enim vera iustitia absque veroque amore constare nequaquam pos- test, vnde spousus Cantic. 1. sponsam dispulchram appellavit, cum dixit: Ecce tu iustitia nos pulchra es amio mea, ecce tu pulchra es, propter geminam scilicet hanc dilectionem, ut interpretatur D. Greg. bis in die Thymiamam offerebatus semel mane, & iterum vesperi, quod erat veluti iuge quoddam sacrificium, ut respoderet iugulacio- ficio altaris holocausti, in quo duo agni quotidie unus mane, alter vesperim immo- labatur, quia passionis mortificationi, quæ per altare holocausti significatur, ea- dem planè mensura respondet Divinus amio, & cōtemplationis ardor, quæ per altare thymiamatis exprimatur, ita ut iuge Thymiamatis sacrificium ab aliis que in- gi hostiarum holocausto esse non possit: quamob causam sponsus trunque con- iunxit Cant. 5. 1. Veni, in horum meum serer me sponsum missam myrram meam passionis ut in eum aromaticis meis. Vbi per myrram mortificatio, per aromata Divini amor, & contemplatio intelligitur. Quo loco obiret aduerte Christum Dominum scimus.

Hoc loco per Angelum sum- mus Sacerdos intelligitur.

III.  
Beda.

Vitæ sancta- te præfansi- alare decur- thymiamatis.

Rom. 8. 35.  
Orig. Genes. 6. 14.  
Pausanias.

Corinthi an- rea Craticu- la. Beda.

Cant. 1. 15.  
Divinus a- mor, & con- templationis ardor morti- ficationis re- pondet.

Cant. 5. 1.

Christus in- missam myrram meam passionis ut in eum aromaticis meis. Vbi per myrram mortificatio, per aromata Divini amor, & contemplatio intelligitur. Quo loco obiret aduerte Christum Dominum scimus.

passione messori comparare tum ad significandam animi letitiam, qua patiebatur; solent enim agricultorū messis tempore plurimum lētari, iuxta illud Elaiæ 9, lētabuntur corā te, sicut qui lētantur in mēsse: tum ad significandum copiōsum passionis suā fructū, quem iā tunc patiendo quāsi metere, & colligere videbatur. Itaque ipsa Christi paſſio veluti quādā fuit mēſſis, fructuūmque collectio. Deinde etiā obſerua, quanti Christus redēptionem nostram fecerit, qui cam aromata ſua appelleat: Meſſi, inquit, myrrham mēam cum aromatiſbus mēis: & myrrha, hoc eſt, paſſio-  
nis amaritudinem paucorum aromatum, id eſt, praeſelinatorum lucro yſque  
ad eſt compensatam exiſtunt, vt quāſi gloriabundus p̄r lētitia, & quodā veluti  
tripudio decantet. Mēſſi myrrham mēam cum aromatiſbus mēis. Denique, corona au-  
rea, quam habet altare per gyrum, coronam illam gloria significat, quia iusti, si  
in fācilitate permaneſerint, à Deo corona buntur: de qua loquitur Paulus 2. Tim.  
4. In reliqua reposita eſt mihi corona iuſtitia. Reliqua, quā hic desiderari poſſunt, pete-  
da sūt ex iis que capite ſeptimo lectione ſeptima de altari holocautidiferrim⁹.

Thuribulum quoddam aureum fuſſe intra Sancta ſanctorum,  
arque adeo diuerſum ab altari thymiamatis.

## SECTIO VI.

I. Suppoſuimus hactenus thuribulum quoddam aureum fuſſe intra Sancta ſanctorum, quo ſolus ſummus Pontifex vtebatur, cum in iolenni expiatio-  
nis die ſemel in anno eō ingrediebatur: ex quo ulterius collegimus hunc Ange-  
lum, de quo Ioannes loquitur, maximum fuſſe Pontificem. Quoniam vero nō  
deſunt, qui eiusmodi thuribulum cum altari thymiamatis confundant, viſum eſt

Alia arethymiamatis  
fuit in eā partē templi, que  
Sancta dicebatur.  
Origen.  
D. Auguſt.

Reg. 6. cum dicitur: Sed et torum altare oraculi exit aure: oraculum enim, inquit, pro ſanctoris ſanctorum vſurpatum: & ex illis Exod. 30. Deprecabitur Aaron ſuper cor-  
uua eius (id eſt, altaris thymiamatis) ſemel per annum in ſanguine: certum eſt autem  
ex Paulo ad Hebr. 9. Summum Sacerdotem ſemel in anno coſlauiſte ingredi in

Sancta ſanctorum non ſine ſanguine. Verū hic error facile conuelliſtur, pri-  
mū ex cap. 40. Exodi, vbi altare aureum, id eſt, thymiamatis conſtituitur inter  
mensam & candelabrum, qua nemo inquam intra Sancta ſanctorum colloca-  
uit. Posuit, inquit, mensam in tabernaculo testimonij ad plagam Septentrionalem extra velū:  
posuit et candelabrum in tabernaculo testimonij et reginam mensam in parte Australi: posuit et  
altare aureum ſub tecto testimonij contra velum: itaque cernis velum fuſſe inter altare  
aureum, & Sancta ſanctorum. Deinde Leuitici decimo ſexto dicitur, quod ſum-  
mus Sacerdos ſemel in anno tingebat hoc altare ſanguine, ad quod faciendum

Exod. 30. dicitur: exire de Sanctis ſanctorum. Accedit, quod ut p̄ecedenti lectione dixi-  
mus, in eo altari bis in die thymiamā offerebatur, Exodi trigesimo: at in Sancta ſanctorum non patebat aditus niſi ſemel in anno, & conſirmatur, quia inferiori-  
ores Sacerdotes, quibus ingressus in Sancta ſanctorum erat interdictus, offe-  
reabant incenſum in altari thymiamatis, ut patet de Zacharia patre Ioannis Bapti-  
ſtæ, quem de minoribus Sacerdotibus fuſſe ex eo eſt perſpicuum, quod Luce

primō

Leuit. 16.

Exod. 30.

Zacharias de

minoribus

fuit Sacerdo-

tibus.

Luc. 1.

primò dicitur forte exiisse ad pondum incensum, & in ordine viciis suæ: at Sū-  
mus Sacerdos neque sorte, neq; alternatione cū aliis ministrabat: quod non ad-  
uertens D. August. trātatu quadragesimo nono in Ioannē, D. Ambr. Beda, & Eu-  
thym. Luca primò perperam existimauunt Zach. Sacerdotem fuisse Summum. <sup>D. August.</sup>  
<sup>D. Ambr.</sup>  
<sup>Beda.</sup>  
<sup>Euthym.</sup>  
Maneat igitur altare thymiamatis fuisse extra Sancta sanctorum, quemadmodū  
præterea docent Philo Iudæus libro de victimis offerendis, Iosephus lib. 5: Anti-  
quit. c. 7. & lib. 8. c. 2. Beda libro suo de templo Salomonis c. 12. Theophylactus <sup>Philo.</sup>  
in caput nonum epistola ad Hebreos, Magister hystor. scholasticæ in Exod. c. 67. <sup>Iosephus.</sup>  
Lyranus Exod. trigesimo, & 3. Regum 6. Caïtan. & Lipom. ibidem, & D. Thom.  
1.2. quæst. 102. art. 4. ad sextum. Qua de re legendus est Ambulensis quæst. 6. in <sup>Theoph.</sup>  
caput 30. Exodi, & quæst. 16. in caput sextum tertij lib. R egum. Quare cum di-  
citur 3. Reg. 6. Altare oraculi rexistit auro, appellatur altare thymiamatis, altare ora-  
culi, non quod esset in oraculo, sed quod esset propè oraculum, ut patet ex Hebr.  
quod sic habet ad verbum, Altare, quod ad oraculum erat, rexistit auro, est enim Hebr.  
וְאַתָּה id est quod ad oraculum, & luculentius adhuc ex Septuaginta, qui ita  
translulerunt: Fecit altare ante faciem oraculi. Ad locum Exodi 30. dicimus Sacerdo-  
tem quidem sumnum semel in anno deprecari solitum non sine sanguine in al-  
taris thymiamatis, verum ad id præstatum opus habuisse exire de Sanctis sancto-  
rum, quemadmodum diserte traditur Luit. 16.

Hoc ita constituto sciendum præterea & diuum Paulam Hebr. 9. mentionem II.  
facere cuiusdam aurei thuribuli, quod erat intra Sancta sanctorum, quod qui-  
dem Origenes, & Augustinus locis citatis existimauunt esse ipsum altare thy-  
miamatis, quā ob causā coacti sunt altare thymiamatis intra ipsa Sancta sancto-  
rum constiutere. Verum cum demonstratum sit altare thymiamatis fuisse extra <sup>Thuribulum</sup>  
Sancta sanctorum, non defuerunt alij, qui cū yiderent non posse altare thy- <sup>aureum intra</sup>  
miamatis intra Sancta sanctorum cellocari, & tamen in eo persistente, vt altare <sup>Sancta san-</sup>  
thymiamatis cū aureo illo thuribulo confundenter, aut sunt contra cōmuni-  
rem Doctorem sententiam, & manifestam Pauli doctrinam thuribulum illud au-  
reum ex Sanctis sanctorum quasi furtiuē extrahere, vt idem esse posset cum altā <sup>thuribulum</sup>  
rit thymiamatis, quæ opinatio placuit Abulensi quæst. 6. in c. 30. Exod. quem se- <sup>aureum ex</sup>  
quitur Francisc. Ribil. 2. de templi fabrica cap. 8. & in comment. epist. ad Hebr. ad <sup>Sanctis san-</sup>  
c. 9. numeri 15. 16. 17. Cui cū vel ipsa thuribuli appellatio obstat videatur, in <sup>torum aufer-</sup>  
mentem venit affirmare altare thymiamatis nihil aliud fuisse, quam grāde quod-  
dam thuribulum: credo eadem facilitate dicturum thuribulū quoque nihil esse <sup>tum quidam</sup>  
aliud, quam parvū quoddam altare, vt nimis omnia e gregiē conciniant, & vbi <sup>idem quod</sup>  
eunque in facris literis sue thuribuli, siue altaris mentio fiat, de alterutro sine dif- <sup>altare esse di-</sup>  
crime sermonē esse existimemus. Sed agè probemus thuribulum quoddam au- <sup>cunt.</sup>  
reum fuisse in Sanctis sanctotum, atq; adeo planè diuersum ab altari thymia- <sup>Abulensi.</sup>  
atis. Audi Paulū Hebr. 9. Tabernaculū inquit, fācilius p̄imum in querant candelabra, <sup>Hebr. 9. 4.</sup>  
& mensa, & prepositio panum, que dicitur Sancta post vestimentum aurem secundum taber-  
naculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habent thuribulum, & arcam testamenti  
circumiectam ex omni parte auro: his vero ita compositis in priori quidem taber-  
naculo semper introibant Sacerdotes: in secundo semel in anno solus Pontifex  
non sine sanguine. Vbi p̄imum cernis Apostolum eam partem, que Sancta dice-  
batur, ab ea, quæ Sancta sanctorum appellabatur, distinxisse: deinde differens verbis  
affirmasse in Sanctis sanctotum fuisse thuribulū aurocum, & arcam testamenti tam  
luculenter, vt nullum dubitandi locum reliquerit: nam si non dixit, aureum thu-  
ribulū fuisse intra Sancta sanctorum, perfecto neque dixit arcā testamenti ibidem.

foisse, cum utrumque post secundum velamentum in Sanctis Sanctorum isdem verbis constituerit.

**III.** *Aues iam scire, quid tam illustri testimonio respondeat Abulensis; subtilem sanc*e* communisetur expositionem. Non dixit, inquit, Paulus thuribulum aureum foisse post velamentum secundum: sed Sancta Sanctorum, quae erant post velamentum secundum, habuisse thuribulum aureum, non quod ibi esset, sed quia ad eius loci ministerium, & cultum pertinere quod commentum cum bellè consi-  
cuum Ribete videatur, ingeniore reperit in categoriarum libro, quo illud ad*

Ribera,  
*Abulensis  
exppositio ad  
locum Pauli.*  
speciem extinaret. *Habero*, inquit, *vt docet Aristoteles* multis modis dicitur: ita heresi-  
malum habet, & templum ministrorum. Credo non expectabis, vt haec per se facilè cor-  
rentia diluvium, cum video eodem isto commento posse ipsam quoque arcam  
testamenti à Sanctis Sanctorum ablegari: itaque non constare ex eo loco Pauli,  
quid in prima, quid in secunda tabernaculi parte fuerit: siquidem (*vt hi* Autores  
volunt) *Paulus ad Moysem* intelligendum interpretem Aristotelem adseri-  
bens habere multis modis usurpavit. Sed cur nondixit etiam Sancta Sanctorum  
habuisse candelabrum, & mensam propositionis, cum hæc etiam quemad-  
modum de thuribulum ad cultum Sancti Sanctorum pertinenter? cur hic enim  
non adiungit etiam in categoriatum doctrinam, nisi quia instituerat disertè tra-  
dere, quænam ante, qua post secundum velamentum sita essent? *Habuit enim ta-*  
*bernaclum duplex velum, unum ad ostium, ne viderentur ea, quæ in taberna-*  
*culo gererantur: alterum diuidens Sancta Sanctorum à Sanctis, quod Apostolus*  
*properca secundum velamentum appcllavit.*

**III.** *Abulensis  
argumenta.*  
Sed videamus quibusnam rationum momentis compelli se facietur Abulen-  
sis ad extrahendum thuribulum aureum ex Sanctis Sanctorum, discedendum que-  
a manifesta Pauli doctrina. Argumentatur primum, quoniam si Paulus non in-  
tellexit a nomine thuribili auctoritate thymiamatis, tamen omisit unum ex preci-  
puis instrumentis tabernaculi, cuiusmodi erat altare aureum, cuius certè non  
meminit, si illud per thuribulum aureum non intellexit. Deinde cum Moyes  
talischribili non meminerit, iam Paulus ad ea, quæ Moyes de tabernaculo  
scripsit, aliquid addidisset: cum tamen is sigillatim omnia commemorat, quæ  
a Deo factienda, & in tabernaculo collocanda accepisset. Praterea si aureum  
thuribulum erat in Sanctis Sanctorum, necesse erat, vt in Die illo solemni expia-  
tions ingrediens summis Sacerdos in Sancta Sanctorum acciperet inde thuri-  
bulum, & iterum exire ad altare holocausti, vt prunas in eo mitteret ad incen-  
dendum thymiam, deinde regredieretur ad Sancta Sanctorum ad thymiamata in-  
cendenda, denique perfecto thuribili ministerio tulius egredieretur ad eiicens-  
dos cinctos ex thuribulo, quo saeclo reuerteretur ad Sancta Sanctorum ad reponen-  
dum ibidem thuribulum: quo fieret, vt iam tertio in Sancta Sanctorum ingredie-  
tur, quod plane aduersatur Paulus ad Hebr. 9. *vbis docet semel tantum in anno*  
*licuisse Summo Sacerdoti ingredi in Sancta Sanctorum.* Adhuc argumentatur Ribes-  
rali Josephi quoque lib. 6. de bello Iudaico c. 6. nomine thuribili altare, thymia-  
matis significare his verbis. *Ei prima quidem pars ad quadraginta cubitos annulsa haec tria-*  
*morbilia, & praedicta opera tunc in omnibus habeat candelabrum, & mensam, & thuribulum:*  
*&c. 1.3. antiquit. c. 17. eodem vocabulo & summisque cum Paulo dicendo inter cande-*labrum, & mensam* tuisse arcam suffumigatoriā, *vbi Grace est supera tricor* quam  
candem vocem Paulus usurpauit ad Hebr. ad 9. & vulgatus thuribulum transfu-  
lit. Denique nullum apparere vsum eis thuribili in Sanctis Sanctorum, neque  
vulgam cuiusdem eo loco per totum annum reservandi necessitatem.*

Verum

Verum ad primam obiectionem dicimus non fuisse Pauli institutum numero. V.  
re omnia, quae erat in tabernaculo, vnde & prætermisit tabernaculi atrium, & quæ  
in ipso erant utensilia: sed ea duntaxat, quæ erant in Sanctis sanctorum, vt ostendet,  
quomodo Christus tanquam Pontifex Maximus intravit, semel per suum  
sanguinem in Sancta sanctorum coelestia, cæque omnibus patefecit: quare ipsorum  
nō esse, si prætermisit in Sanctis altare thymiamatis, qui reliquis omnibus quasi  
per tralitium decursus ad Sancta sanctorum properabat, quæ potissimum allego-  
ticæ explicanda suscepserat. Ad secundam reponendum non fuisse prætermissum  
et Moyle hoc thuribulum, cum de illo sit sermo Leuit. 16. vbi agitur de ingressu Thuribuli.  
Summi Pontificis in Sancta sanctorum, & inter alia subiungitur: Assumptioq; tñu-  
ribuli, quæ de prunii altari simplex erit, ex hauriens manu compositum thymiamata in incen-  
sum ultra velum intrabit in sancta: quo loco sermonem esse de hoc aureo thuribu-  
lo, cuius Paulus meminit, testatur Lyranus in commentariis eius loci. Itaq; Pau-  
lus id solum explicauit, ciui modi thuribulum fuisse aureum, & intra Sancta san-  
ctorum reconditum: quemadmodum & de vrna, in qua repositum fuit manna,  
dixit codem loco, & quod aurea, & quod in area esset, cum Exodi 16. neutru di-  
catur, sed tantum præcipiatur sumivis & completi manna, & reponi coram Domino.  
Nimirum Paulus in multis agit interprete Moysis, quippe qui ad pedes Gama-  
liei eruditus veritatem paternæ legis Act. 22. multa, quæ Moyses breuiter, &  
obscure scripsit, potuit ille tradere illustrius, vt aduertit Theophylactus ad c. 9. Paulus inter-  
epist. ad Hebr. Ad tertiam dicendum, quanquam eo die Pontifex Iepius opus ha-  
beret ingredi in Sancta sanctorum, nihil tamen inde contraria Paulum confici, qui se Theophyla-  
mel in anno, non autem in die dicit ingressum ei in Sancta sanctorum patuisse. II. Ans.  
Iud enim duntaxat voluit eo tantum die solemnis potuisse ingredi ad ceremonias  
omnes expiationis celebrandas, cui nō obstat in iis perficiendis opus habuisse sa-  
pius eō intrare. Ad quartā, quæ desumebatur ex Iosepho, respōdemus interpre-  
tē, qui eo loco thuribulum trastulit, incepte fecisse, cūm θυματὴ τηροῦ, nō solum thu-  
ribulum, sed altare etiā thymiamatis significat: quemadmodum lingua Græca pe-  
ritissimus Erasmus docet in suis annotationibus in c. 9. ad Hebreos eandē vocem  
expendens: quare vbi ea vox adhibetur, altare, an thuribulum verti debeat, ex  
fenu colligi oportet: certum est autē altare thymiamatis in ea parte fuisse, quæ  
Sæcta dicebatur, ibique necessario, δυνατὰ τηροῦ, apud Iosephū altare thymiamati-  
cis transferendū fuisse: id quod vel ex ipsa Iosephi descriptione coniicere potuit  
interpretes, quæ in thuribulū minimè conueniebat: at vero in eo loco Pauli nō ali-  
ter verti potuit, quæ in thuribulū, cum demonstratum sit in Sanctis sanctorum, de  
quibus agebat, altare thymiamatis non fuisse. Ad postremam, quæ eius thuribuli  
vnum requirit, dicimus cum tradi Leuit. 16. vñ positis, inquit, super ignem aromatibus  
nebula eorum, & vapor operiat tabernaculum, quod est supra testimonium, & non moriatur: Usus thuri-  
bula aureo, quanquam vero haec sola ratio in texu reddatur incedēdi eo thuribulo thymiamatis, ne videlicet Summus Sacerdos videre posset Angelum, qui loqueba-  
tur, vt sit Abulensis in eum locum, tamen etiam ea thymiamatis incensio, & obla-  
tio ad latram perficebat, qua Deum de omnium maximè solenni colere oportebat, quæ altera fuit: nus thuribuli necessitas: quoniam vero eo tantum die in-  
seruebat, idcirco in Sanctis sanctorum reseruabatur: id quod non parum refe-  
rebat ad maiorem tñ diei illius, tum ceremonia sanctitatem, consentaneū enim  
erat, vt illud thuribulū, quod non materia solum, sed vsu etiam, & ministerio re-  
liquis omnibus thuribulis excellebat, loci etiam præstantia, & sanctitate eadem  
anticeret, nē ad quotidianos adulendi thymiamatis usus adhiberi posset.

Dissimilitudine  
argumenta  
Abulensis.

Lyranus.

Act. 22.  
Theophila-  
mel in anno.  
II. Ans.

Erasmus.

Abulensis.

Quid per hos septem Angelos accipiendo sit.

## SECTIO VII.

I. **A** Retnas Cæsaræ Cappadocia Episcopus hos septem Angelos putat esse Diuinæ iustitiae ministros ad supplicia extremis mundi temporibus peccatoibus inferenda, quæ ipse, vñlitera, & verba sonant, interpretatur, ciuique interpretatione sequitur Franciscus Ribera. Verum ea nobis omnino placere non potest, sed potissimum, quod in hac septem Angelorum visione sunt multa, quæ, ut verba sonant, intelligi nequeunt: cuiusmodi est Angelus ille stans ante altare, habensque thuribulum aureum, cui data sunt incelia multa, ut ea coram Deo adoret, & ascendet fumus aromatum in conspectu Domini. Quis enim dicat hæc, ut verba ipsa propriæ, & non translatæ accepta sonant, intelligenda esse, sed vel maximè, quod ex ipso contextu evincitur incensio non proprie, sed per metaphoram accipi debere, siquidem de orationibus Sanctorum statim explicatur? **Q**uis etiam septem tubas istorum Angelorum de septem materialibus tubis interpretetur, & cuipsi Angeli dicuntur tuba cecinisse, credat eos vñrum clangorem, ut in bello sit, edidisse? **Q**uis, cum audit canente secundo Angelo montem magnum igne ardorem missum esse iu mare, sibi persuadeat monte aliquem radicatus auellendum, & tanquam globum igneum Oceani aquis obruendum, & præterea tertiam partem maris in sanguine conuertendam, quin vel reliquam vndam tingat sanguine, aut ipsa statim à reliquis duabus Oceani partibus alpersa, sanguineum depedit coloré? **Q**uis non videt Aquilam illam, quæ per medium cœli volare visa est, & clamasse voce magna, *Vix, vix, vix habitantibus in terra*, non esse de genere aquarum, quas in terris progigni certimur? **A**ge vero & in quinto Angelo locutas illas, quæ de sumo poter exierunt, similiter de veris locutis interpretare, præbèque illis equorum in bellum ruentium similitudines, carum capita coronis exornata, appinge illis facies hominum, dentes leonum tribue, muliebrem annecte cæstariem, caudas appone scorpionum, & bellatrices bestias loricas ferreis armato, ut nobis immaniora hippocentauris monstra, & fabulosa poëtarum sigmata in altissimo omnium vaticinio exhibeas; quod cum te delabi confixeris, lane perspicies non tibi esse Iudaico more occidentem literam obstinatè in hoc opere perlequendā. **E**st secunda sententia Petri Aureoli Card. & Lyrani in comment. huius loci, D. Ant. i. p. suorum chronicorum titul. 6. c. i. §. 7. per hos septem Angelos quatuor insignes Hæresiarchas, Arium presbyterum, Alexandrinum, Macedonium Episcopum Constantinopolitanum, Pelagium Britannum Monachum, Eutychetum Archimandritam, siue Abbatem Constantinopolitanum, ac tres Principes, qui eorum partes secuti Ecclesie pacem sua autoritate, & potentia turbauerunt, in quibus tamen affignandis inter se ipsi non consentiunt: & in universum ipsa interpretatione pleraque minimè cohærentia complectitur, ut facile qui eam attinetius expenderit, intuebitur.

II. **P**er septem Angelos, siue nuncios significati diversos concionatorum Catholicæ fidei in Ecclesia ordines, qui varijs temporibus Euangelicæ prædicationis tubis toto orbem sonuerunt. **S**ed quoniā, cum fidei mysteria à prædicatoriis vulgarabatur, multi tū Hæretici, tum Principes, tum Gentiles resistebant, atque aduersus Ecclesiā seditione concitatabant: hinc varia plaga, atque supplicia a Deo eisdem inflicta, illi etiā tum ultus, ac seditiones ortura habuerunt, quæ hoc loco varijs similitudinibus, metaphorisq; explicantur. Ita interpretantur Haymo, Cælius Pannion. Richard-

Comment. III. Scz. V.

Richardus de sancto Victore, Ambrosius Ansbertus, Nicolaus ... &c alij. rich. Vict. Anserius.  
 Potrò merito tuba concionatoribus tribuitur, quoniā cum sit bellum instru- Zegerus.  
 mentum, & classico canendo in bellis inserviat, indicat Diuini verbū præcōnes III.  
 prædicationē ſuſ mortales ad bellum vitiis, ac ſceleribus inferendum adhortari, Explicatur  
 et que ad arma contra Dæmonem, omnēmque ſuſ exercitum capienda. Vnde ſententia cō-  
 Elaias quā bellum Dæmoni, peccatisque indictus tubā accipere, eaque signū munis.  
 ad bellum dare iubetur, e. 58. Clama, ne cefes: quā tuba exalta vocem tuam, & annun-  
 tia papulo meo ſcelera eorum, & domini Iacob peccata eorum: ad quod myſterium adum. Eſai. 58. 1.  
 brandum docet Orig. homil. 7. in Iofue præcepisse Dominum Num. 1. vt dñe ſic-  
 rent tubæ argenteæ ductiles, quas aut ductiles appellari, quia ex diuinis literis cō-  
 cionatores ſolent varijs ſenſus, & argumenta ducere, quibus ſpiritu bellū pec-  
 catoribus indicitur. Addit etiam nouam illam bellandi rationem, qua Iofue ex  
 Dei mandato Hiericuntinæ vrbis mōnia tubis ſacerdotibus infonantibus deie-  
 cit ad viuum exprefſiſe prædicationem Apostolicam, ad cuius ſogitum idolola-  
 tria, & falſa, ac ſuperſtitio mundi dogmata corruerunt. ſtatim, inquit, ut tubarum Hierico for-  
 elanger increpit, murorum deictū eſt ambitus. Dixeramus iam & prius, quod Hierico for- ma preſenſis  
 man ſeculi preſentis obtineat, cuius robur & monimenta ſacerdotalibus tubis videmus eſſe ſeculū ſacer-  
 deſtructa: ſirmicus nanque, & munimenta, quibus mundus iſte nrebatur, idolorum cultus erat, bi hoc eſt,  
 diuinationum fallacia, demonum arte ministrata. Augurum, atque Atruspiciū Magi: ūm̄q; Apoſtolorum  
 commenta quibus omniſbus volut muris vali liſtimū mundus hic ambiebat, inſuper etiam di- doctrina de-  
 hereti Philoſopherum dogmatib, & eminentiſsimis aſſertioneſ, ac diſputationib, velut pro-  
 cerū quibusdam, & robusta curribus firtabatur: veniens verò Deminus noſter Ieſus Christus, D. Greg.  
 cuius ille prior filius Nau designabat aduentum, mittit ſacerdotes Apoſtoloruſ ſuos portantes tu-  
 bas ductiles, hoc eſt, prædicationis magnificam caeleſtēmque doctrinam. ſacerdotali tuba prima  
 in Euangeliuſuſ Mattheuſuſ iſcrepauit Marcus, quoque, Lucas, & Iohannes ſuſ singuli tubis ſa-  
 cerdotalib, cecinerunt. Petruſ etiam duabus epiftolarum ſuarum personac tuba, Iacobus quo-  
 que, & Iudas. Addit nihil aminius adhuc & Iohannes tuba canere per epiftolas ſuas & Apo-  
 lyptim, & Lucas Apoſtolorum geſta deſcribens. Neuiſimè autem ille veniens, audi dixit: Puto  
 autem quod Deu nos Apoſtoloruſ nouiſimos oſtendis: & in qua uor decim epiftolarum ſuarum  
 fulminantib muros Hierico, & omnes idolatria machineſ, & Philoſopherum dogmata  
 uisque ad fundamenta deiecit. Haſtenus Origenes. Ad concionatores etiam eadē  
 tubas refert D. Gregoriuſ lib. 3. Moral. c. 7. Factibi, inquit, duas tubas argenteas ductiles:  
 per duas tubas exercitus ducitur, quia per duas preecepta charitati ad precinctū fidei populus  
 vocatur, quia idcirco argenteo fieri pincipiuntur, & predicatorum verba lucis nitore patent,  
 & auditorum mentem nulla ſuſ obſcuritate confundant.

Est inſuper alia ratio, cur iſti Angeli tubas habeant, ad populum videlicet præ- III.  
 dicationis audiendæ cauſa conuocandū: erat enim moſ apud Hebr. in editori- Alia ratio  
 bus locis tuba canere, cum populus erat conuocandus; vnde eſt illud Ps. 80. Enc- cur tubas ha-  
 bant.  
 cinate in Neomēta tuba, in inſigni die ſolemnitatis uſtr.e: & Iοel. 1. Canite tuba, ſion in re-  
 pate eōtū, congregate populum. Cum igitur hoc loco ſit ſermo de p̄cipiuis, & illu- Psal. 80. 4.  
 ſtioribus Diuini verbi p̄ conib, qui non ſolum ipſi bellum errorib, & ſee- idit. 2. 3.  
 leribus indiſceban, dato videlicet ſigno, quemadmodum egregij bellatores, qua-  
 erat prior tubas habendi ratio: ſed etiam alios à ſe diuinis institutionib cruditi-  
 os ad fidem etiam proſeminandam ubique gentium, atque ab impressione fa-  
 cta in hostes ſideri irruendum militari ordine incitabant, idcirco ad populum  
 hac etiam de cauſa congregandum tubas habere, illisque canere memorantur.  
 His vniuersē de Angelis eorūmq; tubis explicatis iam ad ſingulorum Angelorum  
 & corum prodigiorū, quāliis tuba canētibus acciderunt, explicationem yeniam⁹,

In Apocalypsim, Caput octauum.

Primi Angeli tuba can entis expositio. Et cur eo canente facta est  
grando, & ignis mixta sanguine, & tertia pars tetræ combusta  
est, & tertia pars arborum concremata, & omne  
fœnum viride combustum.

S E C T I O   V I I I .

**C**VM dicitur, *Grando, & ignis mixta sanguine, vox misera ad ytrunque, hoc*  
*est, ad grandinem, & ad ignem est referenda: et enim Græcè neutro genere,*  
*γένετο γαλαζανη πυρ μεμιναρα εραμη π.* Primus hic Angelus primum or-  
dinem concionatorum, hoc est, Apostolorum significat. Sed de prodigiis, qua acci-  
derunt, est inter Doctores, quos superius nō minauimus, & sequendos diximus,  
dissensio: quidam enim eorum ita interpretantur, ut apostolis mysteria fidei pre-  
dicantibus alij quidem veritatem fidei, Christique religionem amplexati fuerint,  
alij in infidelitate permanerint itaque grandinem, & iguem mixta sanguine Divi-  
nam itam indicare, qua ex arcano, sed iusto tamen iudicio permisit Deus magna  
parte eorum, qui Euanglicā prædicationem audierant, non acquiescere verita-  
ti, sed perire: aut certe per grandinem, & ignem, eternam damnationē ob non cre-  
dientium peccata explicari iuxta illud Plal. 10. *Pluet super peccatores laqueos, ignis, &*  
*sulphur, & spiritus procellarum pars calidis eorum.* Nec vero mirum, inquit, si unde  
electi clementiam inueniunt, inde reprobriam incurrant: cum Paulus dicat 2.  
Corint. 2. *Christi bonus odor sumus Deo in istis, qui salvi sunt, & in iis, qui pereunt: aliis qui-*  
*dens odor mortis in mortem: aliis autem odor vita in vitam:* cui concinit illud Simeonis  
de Christo Luca 2. *Ecce possumus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël.*  
Atque hæc expositio est Haymonis, & Ambr. Ansberti. Tum vero tertiam partem  
terra combustam, tertiam partem arborum concrematam, & omne fœnum viri-  
de combustum impios accipiunt, qui terra dicantur, quoniam non cœlestibus,  
sed terrenis rebus per affectum, & amorem adhaerent, ob instabilitatem arbores,  
quæ ventis hinc inde agitatæ continuè nutant: fœnum ob illecebros, & mudi glo-  
riam, quam appetunt, appellentur iuxta illud Esaiæ 40. *Omnis caro fœnum, & omnis*  
*gloria eius quasi flos agricæ: exsiccatum est fœnum, & cecidit flos.* Verum queratur aliquis, cur  
tertia tantum pars impiorum perire dicatur, quod Euangelicam doctrinam nō  
recepissent: cum ex iis, qui fidei prædicationem audiunt, multò plures sint, qui  
nolint credere, quam qui fidé recipiāt, iuxta illud Matth. 20. *Muliis sunt vocatis pa-*  
*ci vero electi.* Huic dubitationi respódet Haymo tres à Ioan. tertias partes numerari,  
sed nō a quales: duásque tertias esse electorum, qui ex prælatis, & subditis cōflan-  
tut: itaq; vnam tertiam esse bonorum prælatorum: alteram bonorum subditorum: ter-  
tiam denique omnes reprobos comprehendere, hoc est, Gentiles, Hereticos, ma-  
lösque fideles. Facilius responderi posset Ioan. cum duas tertias partes pereuentū  
enumerat, dicens: *Tertia pars terra combustæ est: & tertia pars arborum concremata est: sup-*  
*ponere vnam tantum tertiam partem esse electorum, atque adeo minorē adhuc*  
*esse electorum, quam reproborum numerum: cum enim vniuersali hominum*  
*multitudinem in tres tertias distribuat, duásque illarum doceat interire, supponit*  
*nimirum vnam tertiam tantum seruari, quæ comparatione duarum multò mino-*  
*rem numerum complectitur.* Sed hæc partes tertiae non sunt Mathematico more  
acciendiæ: nam si ita accipias, certum est ne tertiam quidem hominum partem  
ad electos spectare, igitur numerus certus pro incerto poritur, & vna tertia cum  
duabus comparata multò minorem numerum, quam duas, comprehendit. Atque  
hæc de priori expeditio.

Posterior

Posterior expositio est Cœlij Pan. & aliorum aicutium ea prodigia, quæ cōcre- II.  
pante tuba primo Angelo acciderunt, non Dei ita in rebellis indicare, sed tumul-  
tū, & seditionē aduersus Apostolos concitatā cōplete, itaque grandinē, ignē, & Apostolos  
sanguinē designare furore, & impetu, quo infideles aduersus concionatores Euā-  
gelicos, eorumq; discipulos, & sectatores exarserunt. Etenim de igne apud Esaiā  
c. 9. legimus: *succens est quasi signū impietatis: grando tempestatem sonat, sanguis cru-*  
*tor. cōnata rynie grande, & sanguis dici-*  
*tor.*  
niā ex ardore, ac zelo Iudeorū, & Gentilium pro suis legibus depugnantium, &  
ex grādine, hoc est, ex seditione, ac tempestate aduersus fidei Christi cultores ex-  
citata sanguis, hoc est, cædes fideliū, & grauissimam Ecclesiā persecutio occidū ha-  
buit, qua usque ad sanguinem saevitiam est in Christianos. Lege Acta Apostolorum,  
& intelliges, quām pro celo la grandine fideles oppressi fuerint: ibi enim Paulum  
Apostolum Iconij, & B. Stephanum Levitā Hieros. lapidatos quasi grandinatos  
legimus: & quidem Stephani grando misera est sanguine, cum, ad eius usque san-  
guinem fundendum Iudei sauerint. Misla autem hæc dicuntur in terram, hoc est,  
in homines terrenos, nihil nisi terrā cogitantes: hi enim cum mentem à sensibus  
ad cœlestia minimè abducere, neque villam terum Diuinarum, atque cœlestiū  
cognitionem suscipient, quam primum aduersus cœlestes, ac Diuinos heroës  
altissimorum mysteriorum nuntios, atque Angelos grandine, igneque armati  
nefarium, ac funestum bellum mouendum putarunt: iij verò potissimum Iudei  
fuerunt, qui ne terram perderent, hoc est, regnum terrenum sua opinione amit-  
terent, Regnum omnium Regem, ac Principem cum occidissent, in eius paulo  
post discipulos cōdem animi furore, & amentia irrunt.

Porrò quod sequitur: *Tertia pars terra combusta est, & tertia pars arborum con- III.*  
*cremata est, & omne fænum viride combustum est: illud significat, multos ex fide- Fidelium mul-*  
*libus (sic enim tertia pars accipienda est) persecutionis magnitudine, ac tyrano-*  
*rum immanitate deterritos a fide defecisse, multos etiā, qui se iam incipiebant fide.*  
ad Apostolos aggregare, atque animū ad Christi fidem, & religionem applicare,  
ab eo proposito fuisse ob tormentorum metum, mortisq; formidinem auocatos.  
Porrò terra nomine abicitæ, humiliisque conditionis homines: per arbores vero  
Principes, & Magnates, qui veluti arbores super terram, ita & ipsi super plebeios  
eminunt, accipiendi sunt: per fænum autem voluptuarios, & carnis illecebris, mü-  
danæque gloriae mancipatos, imò & infirmos quoque, & angusti animi homines  
intellige: omnes enim isti siue plebeij forent, siue nobiles, perijisse dicuntur: cum  
tamen reliquorū & terræ, inquam, & arborum tertia tantum pars combusta me-  
moretur: quoniam in vitro ordine reperti sunt plurimi virtutis robore, & ani-  
mi magnitudine præstantes, qui minas omnes tyrannorum, ac Principiū, & ipsos  
quoque cruciatus acerbissimos excelsi, & planè inuicto animo superarunt.

Illud hoc loco obserua fænum mortalitatis, & instabilitatis rerum humanarum, IV.  
mundanæque potissimum gloriae symbolum esse, vt patet ex Psal. 102. *Recorda-*  
*te annum mor- talitatis, &*  
*tus est, quoniam quatuor sumus: homo, sicut fænum dies eius, tanquam flos agri sic effloreat. Vbi mundana*  
*triplici similitudine hominis inconstantia declaratur puluere, fæno, flore, quæ gloriae sym- bolum.*  
*omnia levissima sunt, & inconstantia plenissima. Id ē iubente Domino cecini ma- gnis clamoribus, Esaias c. 40. Omnis caro fænum: & omnis gloria eius quasi flos agri. Psal. 102. 15.*  
*Exsiccatum est fænum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflavit in eo, Cuius simi- Esaïas 40. 6.*  
*litudinis ratio in eo posita est, quod flos fæni citissime, & quasi de repente deficit,*  
*cum maiorem viriditatis diuturnitatē prima specie polliceri videatur quæad- modum exponit D. Greg. lib. 16. Moraliū c. 5. Iniquorum, inquit, potestia fæni florit. D. Gregor.*

392  
huc comparatur, quia carnis gloria, dum nitet, cadit, & dum apud se extollitur, repente in-  
tercepta sine terminatur: sic enim irum spuma aquarum bullae inchoantibus pluviis excitata ab  
intimis certatim prodeunt, sed eò celerius dirupta deponent, quo inflatae citius extenduntur,  
cumque increscunt, ut appareant, erescendo pragunt, ne subsistant. Eadem ratio affectur à

D. Ambro. lib. 3. in Hexam. c. 4. vbi expendit illud Psal. 128. Fiant sicut senum tecto-

rum, quod prius quam enellatur, exaruit: & ita interpretatur: Hodie videas adolescentem

Psal. 128. 6. validum pubescens atatu virtute florente, grata specie, suani colore, crastina die tibi facie, &

D Hieron. oremitatu occurrit: & alia in hanc sententiam. Eleganter etiam D. Hieron super lo-

cum Esaie citatum, Reuera, inquit, si quis fragilitatem eam viscerat, & quod per horaria

momenta cresemus, atque decresimus, ipsi sumque, quod loquimur, dilectamus, & scribimus, de

vite nostrae parte pateretur, non dubitabit carnesi senum dicere, & gloriam eius quasi florē

fieri. Pulchra mulier, qua adolescentorum trahebat greges, arata fronte contrahitur, & qua

prius amori, peste saffidio est. Hæc ille. Aduertendum est autem apud Esaie, postquam

dicitur fuerat: Exsiccatum est senum, & cecidit flos: statim subiungi: quia spiritus Domini

sufflavit in eos: quoniam videlicet Deus & quissima iudicis ratione florentissimum

nonnullorum statum exsiccat, & iuuenem & ate florente subita morte interimit,

vt rectè dici possit: Prisqua exellatur (suo nimis, & opportuno secundum natu-

ræ cursum tempore,) exaruit. Scio locum Esaie citatum à plerisque ad statum legis

veteris describendum, totamque illam ceremoniarum legalium & cœconomiam

nullam vim ad iustificandum continentium referri, sed ea expositio eam, quam

commemoravimus, non excludit.

Secundo Angelo tuba canente mons magnus igne ardens in mare

mittitur, tertiaque pars mari in sanguinem conuertitur, mo-

riturque tertia pars eorum, quæ in mari viuunt, ac

tertia pars nauium deperit.

### SECTIO VIII.

**C**VM primus Angelus, ut diximus, primus sub Apostolis prædicatorum Catholice fidei ordinem in prima Ecclesiæ ætate expresserit, & Iudeorum aduersus fideles persecutionem complexus sit, secundus iam Angelus secundum cōcionatorum in secunda ætate Eccl. ordinem demonstrat: quo tempore Dæmon vobis in eisdem exarsit, maiorēmque vim, & conatum adhibuit, ut fidem Christi in dies altius in mundo radices agentem aut auelleret, aut præcideret: & Ecclesiæ fabri-  
cam, quam videbat iam ferre sydera altitudine æquante, concussis fidei funda-  
mentis omnino cuerret. Itaque per Tyrannos, ac Principes, potissimumq; Romani Imperij Augustos, ac Cælares omnes sibi machinas ad mouendas putauit, quibus si non Ecclesiæ molem penitus excidit, aliqua certè ex parte labefactauit, cum multis ex Catholicis de fidei arce deturbauit, ex Gentilibus vero innume-  
ros, ne fidem amplecteretur, principum tyrranide prohibuit, que nimis sunt illa prodigia, que hoc secundo Angelo tuba canente accidisse Ioannes cōmemorat. Itaque secundo Angelo tuba cōcrepante, hoc est, secundæ ætatis Ecclesiæ Di-  
uini verbi nuntiis, ac præconibus Euangelica tuba insonantibus mons magnus igne ardens missus est in mare. Montem hunc magnum Dæmonem intelligo, qui

**D**emon mons magnus appellatur propter superbiam, qua vel in ipso mundi initio in im-  
mensum excrevit, cum Diuinam similitudinem expetiuit, dicens illud Esaie 14:

Esaie 14. 13. In celum ascendam, super astra, Dei exaltabo solium meum, sedebus in monte testamenti, in lateribus Aquilonie. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo: Do-  
codēmque Dæmonem in nostris commentariis super Zachariam, quæ propediem foras

foras dabimus, explicauimus illa verba c. 4. *Quis tu mons magne eorum Zorobabel?* in planum: ubi Christi de Dæmoni illustris victoria memoratur, ut eo loco fusè do. *Zach. 4.7.* cuimus. Itaque habes Dæmonem montem magnū appellari: ardēs verò idcirco dicitur, quod inuidia facibus propter hominum salutē inflammat. Meritò autē Dæmon hoc loco montis nomine exprimitur, quoniā cū per tyrānos, principes, ac dynastas, & Romani imperij Augustos fidem oppugnauit, quasi mōs magnus Ecclesiæ incubuit, cāmque mole sua penē opprimere, & obruere videbatur: nā etiam ipsi mundani principes ob altitudinem montes dicuntur, veluti Esai. 2. *Ef. 2.2.* erit in nonis misericordiis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium. Dæmon igitur canente tuba secundo Angelo tāquā mons magnus igne ardens missus dicitur velā Deo permisive, vel aliquis Dæmon præcipuus à Luciferō, in idēmque cæteris Dæmonibus cōspirantibus, in māre, quod vel mundū, vel Ecclesiam propter baptismi aquā accipe: ad quam oppugnandam Gentiliū principū tyrānde, atque potētia instar montis magno impetu ruit. Tū verò tertia pars maris verā est in sanguine, quoniā multi effecti sunt martyres, vitāque, & sanguinē pro Christi fide, & religione profaderunt: vtiure tertia pars Ecclesiaz, aut etiā orbis sanguine cōspersa apparuerit, mox etiam est tertia pars creaturarum, quæ in mari viuebant, hoc est, multi fideles, qui in mari Ecclesia instar pisciū viuebant, persecutionum acerbitate deterriti fidem deserentes miserimē perierūt. Tertia quoque pars nauī interiit, quoniā multi, qui propter doctrinę & sanctitatis opinionem inter cæteros eminebant instar nauium, & in Ecclesia mari in portum salutis reliquos vectare debuissent tempestatis abrepti, atque ad persecutionis scopulos allisi miserandum fidei fecerūt naufragium.

Cur Ecclesia mari, & fideles piscibus comparentur.

## S E C T I O X.

**P**ermare paulo antē Ecclesiam, per creaturas in mari viuentes fides interpretati sumus: quæ exppositio ne cuiquam ab Scripturæ, Patrūmque consuetudine abhorrente videtur, sciendum in primis est Ecclesiam meritò appellari mare propter baptismi aquas: vnde & mare rubrum illustrissimam fuisse baptismi figuram docent Tertull. l. de baptismo: *Populus inquit, de Agypti libere expeditus Tertul.* *vim Regis Agypti per aquam transgressus euadit, ipsum Regem cum totis copijs aqua extinxit, que figura manifestior in baptismo sacramento, liberantur de seculo nationes per aquā sci- Baptismū in mori rubro liceat, & Diabolum damnatorem pristinum in aqua oppressum derelinquist. Origenes hom. f. super Numeros. D. Ambros. lib. de iis, qui mysteriis initiantur c. 3. & alij: pro- D. Ambr. bantque ex verbis illis Paul. l. Cor. 10. *Quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, 1. Cor. 10. 1.* & omnes mare transierunt, & omnes in Moysē baptizati sunt in nube, & in mari. Ad- uerius, inquit Amb. quod in illo Hebræorum transitu jam tunc sacri baptismatis figura pra- cesserit, in quo Agypti perire, & Hebreos euadit: quid enim aliud in hoc quotidie sacramen- to docetur, nisi quia culpa mergitur, & error aboleatur? Quoniam igitur baptismus ma- re est meritò Ecclesia ratione baptismi, per quem pater in Ecclesiam ingressus, appellatur mare: ex quo etiam fit, vt codem nexus Iohannes viros in Ecclesia exi- mios naues appellaverit. Vnde naues illæ poma portantes Iob. 9. veteres Patres, Viri sancti, Patriarchæ, Prophetæque fuerunt, qui mare Christi figuris, vaticiniisque plenif- naues. simi tanquam naues p̄ḡmis dulcissimis referante ad nos tam felicis nuntij odorem suauissimum transmiserunt. Quid nā magni in Ecclesia heroēs naues dicātur cum potentes feculi principes etiam naues appellantur, iuxta illud Psal. 47. *In spiritu Psal. 47. 8.* vehementer conteret naues Tharsis: hoc est, vt interpretatur D. Hieronymus, humilia- bis superbiam gentium: quotquot igitur à fide deficiunt totidem sive naues*

B b ij

grandiores, siue minora nauigia naufragium facere à Ioanne memorantur. A qua nauis similitudine non abhorruit Paulus cum dixit 1. Tim. i. Hoc praecepū com-  
modo tibi fili Timothæ secundum præcedentes in te prophetas, ut milites in illis bonam mili-  
tiā habent fidē, & bona conscientiam, quam quidam repentes circa fidem naufragauerū.

II. Verū quoniam Ioannes non tantum hoc loco nauim mentionem fecit, sed etiam creaturarum in mari viuentium, hoc est, pīscum, per quos fideles intelle-  
ximus, eam quoque appellationem, quæ fidēlū est peculiaris, Patrum monu-  
mentis testamat esse cōprobemus. Mitto D. Ambrosium libro's. Hex. capite  
sextō, vbi in vniuersum omnes homines pīscēs esse probat ex Euangelio Mat. 13.  
vbi Christus ait regnum cælorum simile esse reti misso in mare, & ex omni gene-  
re pīscum cōgreganti: & ex illis verbis Christi ad Petrum Luc. 5. Duc in altum, &  
laxate retia: posset etiam afferri illud eiusdem Christi ad Petrum, & Andream Mat.

Mat. h. 4.19. 4. Venite post me, & faciam vos fieri pīscatores hominum. Hac igitur vniuersorū homi-  
num appellatione prætermissa Tertullianus docet peculiari ratione fideles id-  
cīcēd creaturis in mari viuentibus conferri, quod per baptīsum regenerantur,  
nec nisi in baptīsmi fide, sicut etiā nec pīscis nisi in aqua, possint viuere. Id quod  
libro de baptīsmo contra Quintillam, quem Tertulliani esse dubitari nō potest,  
his verbis o. i. confirmat, sed nos pīscū secundūm ī x̄bū nostrū Iesum Christum in aqua  
nascimur, nec aliter quām in aqua permanendo salvi sumus: ita Quintilla monstrōsissima, cui  
nec integrē quidem docendi aīus erat, optimē norat pīsculos necare de aqua auferens. Dispu-  
tat enim eo libro Tertullianus aduersus Quintillam fēminam hæresis illius ne-  
fariae auctorem, quæ baptīsmū ad salutem necessarium esse petnegabat: quam  
fēminam Tertullianus initio statim eius libelli: appellat vīperam, & aspidem  
quod baptīsmi aquas fugeret, Nam, inquit, serē vīpera, & aspides, ipsique reguli serpē-  
tes arida, & in aqua sestantur. Eadem est D. Hieronymi sententia in cōmentariis  
super Iob in vīla verba. c. 12. Nimirū interrogā iūmentā, & docēbāt: & volūtia  
cali, & indicabant tibi. Lognere terra, & respondebit tibi, & narrabunt pīscēs maris: vbi  
duas eius appellationis rationes afferunt. Volūtēs, inquit, sunt, qui sursum corda habent,  
& celestia concupiscunt, vel qui obuiam Christo in aera ex mortuis ituri sunt: pīscēs vero, qui  
inter flūctū mundi iūstissimi, tempētatis quēdant testūta sibī lea eternitatis, & quietia profi-  
ciunt: vel illū pīscēs intelligēndi sunt, qui per aquam vitam accipiunt, qui confessim de fonte  
baptīsmi immigrant ad Christam. Idem docēt Diuus Ambr. libro tertio, de virginib⁹  
in calce libri, & libro tertio, de Sacrament. c. i. & D. August. tract. 123. in Iōānci.  
Quod verd Tertullianus loco citato Christum, ī x̄bū, id est, pīscēm appellat, alij  
quoque Patres tradiderunt, docēntque adumbratum fūisse in pīscē illo allo, quē  
super prunas positum discipuli repererunt in littore, vbi Christus se iterūm Pe-  
tro, & aliis quibusdam discipulis post resurrectionem ostendit. Iōan. 21. Et qui-  
dem non caret mysterio, quod Christus ī x̄bū Græcē appellatur, quoniam eo Græ-  
co nomine nomen ipsum Christi, Diuinalque symbolice comprehenditur: om-  
nibus enim eius nominis literis, si singula reddas nomina, hanc sententiam con-  
ficies, in oīs x̄cīq̄s Iēsū vīdo rōtēs, hoc est, Iesu Christus Dei filius salvator: & obser-  
uavit diuus Augustinus libro decimo octauo de ciuitate capīte vigesimo tertio,  
vbi refert virum clarissimum Flauianum hominem facilimē facundiā, multa-  
que doctrinā, cum de Christo colloqueretur, Græcum sibi codicem protulisse  
carmina Sibylle Erythræ continent, & quodam loco ostendisse in capitibus  
versuum ordinem literarum ita se habentem, vt ea insīra, quæ commemorauim-  
us, ordine legerentur, easdēmque literas nomen hoc Græcum ī x̄bū, id  
est, pīscēs componere: in quo nomine, inquit, mystice intelliguntur Christus, eo quod  
in huīis

Fideles cur  
dicanter pi-  
scēs.  
D. Ambr.  
Matt. 13.  
Luc. 5. 4.

Mat. h. 4.19.  
Tertull.

Quintilla  
hæresis.

D. Hieron.  
Iob. 12. 7.

D. Ambros.  
D. Augus.  
Christus pī-  
scēs dicitur.

in huius mortalitatis abysso velut in aquarum profunditate viuis, hoc est, sine peccato esse potuerit. Post Sibylle carmina, quae Augustinus commemorat, huiusmodi erant.

Ιδρόστει γάρ οὐθών, κειστας ουπεῖον ὅτ' εἶται  
Ηζεὶ δ' ψευδοβεὶ βασιλεὺς αἰστον ὁ μέλλων  
Σάρπι πατῶν κείνης πάσαν, καὶ κόμεν ἀσταγατα.  
Οφούται δὲ θεὸν μέροπες πιστοὶ καὶ ἀπιστοι.  
Τυχοῖ μετὰ τῆς αγίων ἐπὶ τέρπα γεόνοι  
Σερπόφρεαν μηχαῖδ' αὐθρώπων έτι βηματικεῖνε.  
Χέρσος ὅτ' αἱ ποτὲ κόσμος ὄλος ἀκερθαγάντω.  
Πικάσοι τ' εἴδωλα βροτοὶ καὶ πλάντον ἀπαγατα.  
Ιχνεύων ρήξει τε πύλας ερκηπτὸν αἴδα.  
Σάρξ τοτε πᾶ σα νεκρῶν ἐστελευθέρων φάσις ἡζει.  
Τὸς αγίως ἀνόμεις τε τὸ πῦρ αἰώσιν ἐλέγχει.  
Οπ ποστα της φράξις ἐλαῦται, τότε πάντα λαλήσται.  
Στηθεα γάρ ζοφεῖς θεος φωστῆρουν ἀνοίξει.  
Θρησος δ' ειπαντων εστι, καὶ Σερύγμος ὁδόντω.  
Εκλέψει τελας πελίς, αἴρων τε χορεῖ αὐ.  
Ουρανον εἰλεῖται, μήνης δὲ τε φεγγος ὁλεῖται.  
Ταλαστοὶ δὲ φάραγμα, ὀλεὶ δὲ ὄντα μαλα Σειτῶν.  
Τυφος δὲ οὐκ ἐπι λυχεδνὶ ἐνθεώποιοι φανεται.  
Ιστα τ' ὅρη πεδίοις εἰται, καὶ πᾶ σα θάλατα  
Ουκ εἰς πλεῦν ἡζει, γη γάρ Φρυγθεῖσα κεραυνῷ  
Σὺν πηγαῖς ποταμοι καχλαῖσοντες λέγονται  
Σάλπιγξ δὲ ψευδοβεὶ φωνὴ πολύθρηνον ἀφίσται.  
Ωρύξου μύσος μελλον, καὶ πύματε κόσμος.  
Ταρπεοει δὲ χαλος τε δειξειχαία χαλισσα.  
Ηξεσοι δὲ Σημαλεῖς Σατηληνες ἀπαντει.  
Πεντε δὲ ψευδοβεὶ ποταμός πυρὸς ἡδε γε θεές,

Sibylle car-  
mina acro-  
sticha.

Horum carminum primas habaccias literas, efficies à nobis superius commemorata sententiam, quam per compendium in nomine Græco ιχθὺς contineri diximus. Eaverò, ut intelligas, eodem artificio, mysterio que seruato, sic Latinè poteris reddere.

*Iudicij signum tellus fudoribus edet.  
Ex celo veniet rex tempus in omne futurus:  
Se cilicet ut carnem omnem, ut totum iudicet orbem.  
Vnde Deum fidi, diffidentesque videbunt  
Summum cum sanctis in seculi fine sedentem:  
Corporerum animas hominum quod iudicet: olim  
Horrebit totus cum densis vepribus orbis.  
Rejacent et opes homines, simulacraque cuncta:  
Incendiisque fore flamma ingens carcoris Orci.  
Sanctorumque omnis caro liber a redditis lucem.  
Tunc repetet: servar cruciabit flammæ celestes.  
Vique quis occulit peccauerit, omnia dicet,  
Sublucemque Deus referabit pectore clausa.  
Dentes stridebunt: crebrecent undique luctus:  
Et lux deficiet, solēmque, nūtentiāque astra,  
Involuet calos, et luna splendor obibit.*

Bb iiij

Fossas attolleret, iuga deprimet ardua montes,  
Impediensque nihil mortales amplius alcum.  
Longa carina freuum non scindet: montibus arua  
Ipsa aquabuntur: nam fulmine terrida telus,  
Vnaque & siccii fontes, & flumina hiabunt:  
Sydereisque sono tristis tuba clanget ab oris,  
Orbe gemens facinus miserum, variisque labores.  
Tartareumque chaos monstrabit terra dehiscens.  
Et coram hic Domino reges sistentur ad unum.  
Reddetur calis ignisque, & sulphuris amnis.

Tertio Angelo tuba canente stella magna, quæ dicebatur Absinthiu, cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum, quæ in absinthium conuersæ fuerint.

## S E C T I O N I .

I. **V**bi tertius Angelus tuba cecinit, vidit Ioannes cecidisse de celo stellam magnam ardenter tanquam faculam, seu, ut habetur Grece, quasi lampadem,

*Tertius Angelus* in instar absinthij amarissimam, eamque ob causam multis homines periisse. Tertius hic Angelus tertium concessionatorum ordinem in tertia Ecclesiæ etate significat: quorum predicationi Hæretici restiterunt: sicut secundo Angelo Tyranni, ac Principes, ut superius diximus: nec enim tantum fidem nostram impugnauit Principum, Tyrannorumque potentia, sed etiam Hæreticorum insaniam, qui post tyrannorum persecutione longè difficilis, atque funestius bellum aduersus Ecclesias suscepérunt. Itaque hoc loco per stellam magnam ardenter tanquam faculam hæresum principes designantur. Est enim Ecclesia veluti celum quoddam, quod viris doctrina præstantibus quasi syderibus micat, quæ quidem sydera cadere dicuntur, cum in peccata, hæresumque potissimum delabuntur, quemadmodum docet D.

*Ecclesia etat* lum, Docto, Greg. lib. 32. Moralium c. decimo quarto, tractans illud Apocalypsis duodecimo, cum dicitur draco traxisse cauda tertiam partem stellarum. *Calum*, inquit, Ecclesia est, que in hac vita praesens dum in se innumeras sanctas virtutes continet, quasi radiis syderibus fulget: quare stellas de celo in terram cadere est nonnullis relatis a se celestis draconis deinceps ad ambitum gloria secularis inhiare: unde Danielis cap. 8. sub Regis Antiochi specie aduersus hanc draconem caudam loquitur, dicens: Deiecit de fortitudine, & de stellis, & coelestibus, & fortitudine enim, & de stellis deinceps, cum nonnullis luce insitum, resplendentes, & virtute operis robustos frangit. Hæc ille. Huiusmodi igitur stellæ potissimum sunt hæresum autores sydera errantes, ranta vocavit: qui tametsi stellæ propter doctrinæ splendorem prima facie videantur, tamen non ut stellæ lucent, sed ut faculae tantum ardent, est enim faculae lumen obscurum, sumoque permistum: sic enim Hæreticiorum dogmata non illustria, sed tenebrosa sunt, tantumque speciem quandam luminis, hoc est veritatis preferentia, sumo tamen, ac tenebris permista, quibus eius sectatores inuoluunt præter superbiam etiam, & fastum, qui sumo ipso exprimitur: iactant enim Hæretici doctrinam, populique tumulos consecratur, cum à Christiana humilitate longè abhorreant, itaque nihil aliud, quam sumos vendunt. Merito

verò

verò stella dicebatur Absinthium, quod amarissimum est: quoniam quisque Hæretarcha, tametsi propter morum licentiam, quam pollicetur, dulcedine quadam perfundere mentes hominum videatur, tamen re ipsa amaritudinem, mortemque ipsam afferat mortalibus, qui tandem sentiunt nihil veræ dulcedinis, & suavitatis ex suis erroribus, flagitiis que suis animis instillat, sed amaritudinem, stimulosque conscientia, quibus subiecti sentiuntur, & cruentantur, intelliguntque sub ea fallaci dulcedinis imagine tanquam sub dulci veneno pestem, mortemque animarum delitescere: id quod non totum ad præsentis vitæ statum, sed etiam & maximè ad futurum seculum referri debet, tunc enim haud dubiè Hæretici omnes perspicient, quantam ipsis amaritudinem hæresum principes specioso, & fallaci dulcedinis nomine propinarent.

Quod verò stella dicitur in tertiam partem fluminū & in fontes aquarum II. fuisse delapsam, calsque in absynthium conuertisse, illud significat magnā partem Scripturæ, & Scripturarum, quæ fontes hoc loco appellantur: magnam etiam partē doctrinæ Patrum do-  
Patrum, qui tanquam flumina ex Scripturæ Sacrae fontibus fluixerunt, fuisse ab Etina ab Hæreticis depravatum: siquidem ex sacrarū literarum testimoniis perpetuā intel-  
lebitis, veterūque Patrum scriptis ad suos errores per vim detortis errores suos  
astruere, & confirmare conati sunt. Itaque tertia pars fontium, hoc est, bona pars  
tum veteris, tum noui instrumenti, tertia etiam pars fluminū, hoc est, bona pars  
doctrinæ Patrum in absynthiū conuersa dicitur: quoniam Hæreticorum opera  
factum est, ut cum Scriptura sacra, tum sanctorum Patrum Scripta rudibus, & im-  
peritis eandem hæresum amaritudinem continere, atque eosdem errores sonare  
viderentur: ex quo illud effectum, ut quā plurimi homines ex aquarum potu  
interierint, Quia amara, inquit, facta sunt, hoc est, ut plurimi ex depravatis scripe-  
rū, Patrumque voluminibus bibentes hæresim, errorēmque hauserint, atque per  
missionem fidei, charitatisque in spiritualem anima morte incurrent. Porro  
tametsi per stellam istam in vniuersum Hæreticas accipiendo esse dixerimus, Stella de ce-  
quippe qui in huius stellæ, quā descripsimus cum Ioanne, pestilētem vim, lethā-  
lo cadens lémque naturā vniuersi conueniunt, cuiusmodi fuere Manes, à quo Manichæi, Pelagius vel Arius.  
Arius, Pelagius, Macdonius, aliaque huiusmodi pestes: tamē verisimile putamus hac stella, quæ de cælo cecidit, peculiari ratione vel Pelagiū, vt Lyrā, & Petr. Lyrani.  
Aureo, Aureolus in commentariis huius existimat, vel certè Ariū exprellum fuisse:  
quia enim & Ariana, & Pelagiana hæresis magnas in Ecclesia turbas concitarunt,  
multasque orbis prouincias veneni sui amaritudine infecerunt, & præcipua no-  
stræ fidei firmamenta labefactare, & cœulera conata sunt (si quidem illa Diu-  
nitatem filij, ista necessitatē gratiæ pernegabat:) non indignum est credere in  
stella ista de cælo cadente vel Arium, vel Pelagium, & in prodigiis, quæ con-  
qua sunt cladem, & vastitatem, quæ Ecclesiæ fontes, ac flumina, magnamque  
partem fideliū peruersit, fuisse Ioanni multò ante monstratam.

Porro ne hoc quoque desideres, Arij presbyteri Alexandrii hæresis illa fuit III.  
Filium non ex substantia Patris genitum, sed natura Patris, & essentia omnino Caput here-  
expertem esse, natura, & facultate profus diuersum, factum tamen ad perfectam sis Ariana,  
procreatoris similitudinem. Itaque nō eiusde, sed similis esse substantia, hoc est,  
non ὄμοιστος, sed ὄμοιστι atque adeo non Deum esse, sed creaturā: id verò cor-  
rupto Scriptura fonte elicere conabatur ex Prou. 8. cum dicitur: Deus condit me Prover. 8. 22  
in initio viarum tuarū: sic enim Græcē regimus apud Septuag. καὶ πρὸς ἔκποτε μὲν :  
nec verò aiebat recte colligi eandē Filij cū Patre naturā ex eo, quod genitus in  
Diviniis literis diceretur: siquidē & apud Esaiā c. 1. Dominus ipse de hominibus  
loquens sicut: filios geniti, & exalcani: ipsi autem preuererunt me. Et Deut. 32. Deū, qui  
Esai. 1. 2.  
Deut. 32. 18.

te genuit dereliquisti. Ita Arius Scriptoræ Diuinæ fontes in absynthium conuettebat, ut hæresim suam statueret. Quod verò ad flumina attinet, per quæ Patrum scripta intelleximus, quorum etiam bonam partem eadem stella corripit, cōstat Arianos Clémentis Alexandrini opera, vbi cunque veram, & orthodoxā de Trinitate doctrinā astruebat, corrupisse, quemadmodum Cardinalis Baronius tomo 2. Annalium rectè colligit ex Ruffino in Aologia pro Origene, vbi sic scribit Ruffinus. Clemens, alius presbyter, & magister Ecclesie illius in omnibus penè libris suis Trinitatis gloriam, atque aternitatem unam, eandemque designat, & interdum inuenimus alii.

*Clementis  
Alexandrini* quæ eius capitulo, in quibus filium Dei creaturam dicit. Num quidem credibile est de tanto visu operæ per Arianos corrum non dicā credere, sed audiē quidē impium est, scripta reliquerit? Hæc ille. Denique quām multi homines propter aquarum amaritudinem, & vitium interierint, facile intuebitur, qui temporum illorum turbines, procellasque cogitatione versauerit: videbit nimirū omnes propemodū per Orientem fundatas Ecclesiæ Arianae impietatis & procella penè oppressas, & turpitudine insquinatas: quamobrem verè dixit Hieronymus: Ingens orbis terrarum Arianiū se esse miratus est: donec Nicenum primum concilium sub Constantino Magno à Sylvestro Pontifice Maximo conuocatum eam hæresim manifestariam damnauit, veritate Catholica de sacro sancto Triadis mysterio, triūmque Diuinarum personarum equalitate, præcipueque de eadē Filij cū Patre substatia, Diuinitate, eternitate constituta.

Quod verò ad Pelagium spectat, is fuit professione Monachus gente Britannus. Eius hæresis duodecim capitibus comprehenditur, quæ in synodo Palæstina compulsus est damnare, quæ nisi anathematizaret, vt ibidem habetur, ipse anathematizatus fuisset.

*III.* Primo igitur dicebat Adam mortalem factum, qui siue peccasset, siue nō peccasset, mortuus esset: Secundo, quod peccatum ipsum solum, & nō genus humanum laeserit. Tertio, quod infantes nuper nati in illo statu sint, in quo Adæ ante præparationem fuit. Quartio, quod per mortem, & præparationem Adæ nō omne genus humanum moriatur, & quod per resurrectionē Christi non omne genus humanum resurgat. Quinto, quod infantes etiam siue baptizentur, vitam aeternam habere possunt. Sexto, diuites baptizatos, nisi omnibus abrenuncient, non posse habere regnum Dei: nec reputari illis, siquid boni facere visi fuerint. Septimo, gratiam, atque adiutorium Dei non ad singulos actus donari, sed de libero esse arbitrio vel in lege, atque Doctrina. Octavo, gratiam Dei, quam primam vocamus, secundum merita nostra dari. Non, filios Dei non posse vocari, nisi in omni modo absque omni peccato fuerint effecti. Decimo, non esse liberū arbitrium, si Dei indigeat auxilio: quoniam in propria voluntate habet vnuquisque facere aliquid, vel non facere. Undecimo, victoriā nostram non esse ex Dei adiutorio, sed ex libero arbitrio. Duodecimo, quod petentibus veniam non detur secundum gratiam, & misericordiam Dei, sed secundum merita, & laborem eorum, qui per penitentiam digni fuerint misericordia. Hæc erat præcipua capita Pelagianæ impietatis præter alia, quæ D. Hieronymus, & D. August. in libris contra Pelagianos in lucem protulerunt: sed illa duodecim capita, quæ retulimus, in illa synodo damnauit Pelagius, sed postea ad vomitum reueritus contrarijs scriptis, quæ in synodo Palæstina profilius fuerat, cœrit, vt auctor est D. August. lib. de heres. ad Quod uult Heum cap. 88.

Quis non videt meritum Pelagium posse existimari stellam istam fuisse de celo siue religionis, que Ecclesia delapsam, quæ dicta sit Absynthium, quod nobis diuinæ

D. Aug.

diuinæ gratiæ dulcedinem auferre conatus fit, & depravati per peccatum liberi arbitrij amaritudinem propinare: Is nimis tertiæ, hoc est, bonam partem fôtum, hoc est, Diuinitatum literarum in absinthiū conuertit, cum loca omnia, ac testimonia Scriptura, quæ de libero arbitrio disserebat, ita corrupit, ut ex iis falsis astrueret liberum arbitrium propriis viribus salutem conseq̄di posse: neque ad id Diuina gratiæ præsidiis indigere. Seu potius cecidit stella in tertia pôrem fluminum, & fontes aquarum, quoniā Pelagius gratiæ, & baptismi necessitatem Quantū Ecclœ nocte tollebat: & quoniā nō in Ecclesia vniuersa, sed multis in partibus haeresum sua- rum venena euomuit, idcirco in tertiam tantum partem fluminum cecidisse di- rit Pelagius.

et ut subiungitur, quod tertia pars aquarum facta sit in absinthiū, eo quod magna Ecclesiæ pars fuit co infœcta errore, multique homines mortui sunt propter aquarum amaritudinem: quoniam multi infantes suos non baptizabant: quo fiebat, ut infantes illi damnarentur, multique præterea ex adultis eodem haeresis veneno epo deperibant. Itaque multi propter aquarum vt potè haeretico ve- neno infectarum amaritudinem amissa fide, gratiâque Diuina perierunt, ut appa- ret ex iis, quæ scribit D. Hieron. l. 4. comment. in Hierem. in ipsa præfat. quæ est ad Euseb. Multa, inquit, detoto hoc corbe confluentia turbis, & sanctoris fratrum, monaste- riisque cursus occupatus commentarios in Hieremias per intermalla dictabam, ut quod deerat oīis superesse in industria: cum subito haeresis Pythagora, & Zenonis à nō bei aīa p̄a p̄t̄ Cēl̄ ac id est, imp̄ssibilitatis, & impeccantia, que olim Origene, & dudum in discipulis eius Grano, Euagriōque Pontico, & Iosiniano singulariter est, copiis reuiniscere, ut non solum in Occidentiis, sed in Orientiis partibus sibilare, & in quibusdam in iulis, præcipueque Sicilia, & R. hodi ma- culare plerisque, & crescere per dies singulos, dum secreto docent, & publicè negant. Hæc ille. Loqui autem Hieronymū de Pelagianis, qui præter errores conumeratos homines per naturæ vires aīa p̄a p̄t̄ tos, id est, impeccabilis faciebat, perspicuum est ex se- quentibus, cū citat liberos suos, quos aduersus Pelagiū ante cōscripterat. Hæc ed diximus, ut ostenderemus, quā aptè, quæ de Hereticis in vniuersū sub huius stellæ nomine disputauim⁹, peculiari ratione siue ad Ariū, siue ad Pelag. à plerisq. refer.

VI.

Arethas.

Potius illud cum Aretha aduerte absinthiū, etiā amarissimum, fit, visum tamen Hereticis vīsū acuere, sic omnes Heretici, etiā turbulenti, & amarissimi fuerūt, multumque tri- Ecclesiæ ma- stitia, & laboris Catholicis attulerūt: visum tamen ecclesiæ magis acuerūt, quip- pè quæ per eā occasionem perspicacior Diuinitus in fide redditæ coactis conciliis ad haeresum zizania ex Dominico agro euellēda quā plurima religionis my- steria, quæ obscuriora videbātur, suis amplius decretis, & sanctionib⁹ illustravit.

Non solam haeresim, sed quodvis lethale peccatum merito.

absinthio comparari.

### SECTIO XII.

**V**T ea, quæ in superioribus de haeresum amaritudine dicta sunt, illustriora I. reddantur, dicemus hac sectione nōnulla de cuiusvis lethalis peccati ama- rissimo felle, ac veneno, cuius amaritudinis symbolum in absinthio propositum Peccatum à Ioanne fratre documus. Scindum igitur absinthiū herbam esse amarissimā, riudo. ex cōque factum, ut pro rebus amarissimis accipiatur. Vnde Hieremias nomine Iudaici populi, quæ in Threnis auctore Hieron. repræsentabat, laborum suo- Thren. i. 15. rum, quibus iusta Deo seriebatur, amaritudinem describens dixit Thren. 3. & e- Hieronym. plenit me amaritudinibus: & inebriavit me absinthio. Id quod etiam Hieronym. docet mysticè exponi possit de laboribus, quos mundi huius secta: otes quasi per ebrietatem tolerant. Quis enim, inquit, absinthio inebriatur, id quidem, quod sumit, amarum est, & tamen non intelligit præ ebrietate eandem amaritudinem, qua repletur, sic namque

humanum genus recto Dei iudicio in calamitatibus suis sibi dimissum; atque per easdem volupates spontaneu tribulationibus traditum absinthio eſe brinno, quia & amara sunt, que pro huic vte amore tolerat, & tamen eandem amaritudinem cecitate cupiditate quas insensibilitate ebr̄e atq; ignorat. Hęc Hieron. Nec verò defunct alijs, qui Christū eis verbis loquentem, & conquerentem de Iudaico populo faciunt, qui eū passione amarissima quasi absinthio dicatus inebriasse; vnde etiam ortum est, vt ad amaritudinem quæ peccatum consequitur, exprimendum usurpetur, veluti Pro. 5. Faunus distillans labia meretrici, & nitidum oleo gut. ut eis: nonissima autem illius amara quasi absinthium: quia vt interpretatur Lyran, quemadmodū absinthium in visceribus ab aliquo sumptū amareſcit, ita peccatum admissum intrā ipsam conscientiā amaritudinē generat, quæ tanta est vt vel ipsum Deū natura suauissimum, amarū, idest, iratū efficiat iuxta illud Osea 14. Perceat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suū. Etenim, vt auctor est Origen, homil. 12. super Ezecl. absinthium vñque adeò est amarū, vt meli, succus eius injectus amaritudine vincat suavitatem melis, & cogat amarū esse, quod dulce est. Id quod magis ad Ezechiel multo in locis, veluti cap. 23. & 12. quoniam criminibus suis Deum natura mitem asperum reddebat.

Eadem peccati amaritudo nomine fellis, & lethiferi veneni exprimitur Deut. II. 23. Vna eorum vias fellis, & botri amarissimi: fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile: vbi est aduentum aspides cum quadam voluptate interimere, quod maximè quadrat in peccati venenum. Sed luculentius idem habet Iob. 20. Cum dulce fuerit in ore eis malum abscondet illud sub lingua sua. Panis eis inverte illius vertitur in fel aspidum intrinsecus. Disiatis, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius abstrahet eis Deus. Caput aspidum fuger, & occidet eum lingua vipera. Quo loco in primis peccatum pani confortur, deinde describitur impius, qui sceleribus suis delestat, & pra iucunditate, quam sentit, comparatur homini comedenti rem aliquam suauissimam, quam solet, antequam deglutiat, in ore versare, volvare, atque reuoluere, sed tandem peccatum ei vertitur in fel aspidum, id est, exitum amarissimum, cum apud inferos semper in cruciatur cruciatibus. Id quod amplius illa similitudine explicatur, Caput aspidum fuger: cōstar enim aspides, & in vniuersum serpentes, qui mortu intermixt, venenum habere in capite. Itaque caput aspidum fugere est amarissimum, & lethale venenū haurire in sceleribus perpetratis. De codem pane sermo est Pro. 20. Suauius est homini panū mendacij: & postea impletur eos eis calculo, seu, vt alij vertunt, arena. Dicitum est autem Calculo pro calculis, siue lapillis minoribus, qui si pani misceantur, dentes lardunt, & ad stomachum non faciunt iuxta illud Thren. 3. Fregit ad numerum dentes meos, cribauit me cinere vbi pro eo, quod nos habemus ad numerum, Hebraicē est Lapillo: significatur igitur opes mendaciis, & fraudibus quæſitas, quamuis initio gratae videantur, potestā tamen cum possidentur, insuaues solere esse, & noxias, veluti si panis, quo aliquis vescetur permisso habere lapillos, & arenulas, id quod potellī in vniuersum peccato accommodari, quod admisso habet lapillos, quibus dētes franguntur vel propter conscientiā aculeos, vel propter plurimorum malorum, quæ consequi solent, asperitatem, vel denique quia tandem à Deo apud inferos acerrime punientur. Hoc ipsum Eccl. 21. alia non minus elegāti similitudine declaratur,

Pro. 5. 4.  
Lyranus.

Osea 14. 1.  
Orig.

Osea 12. 14.

D. Hieron.

Deut. 32. 32.

Peccati ve-  
nenuis.

Iob. 20. 12.

Peccati exi-  
pus amarissi-  
mus.

Pro. 20. 17.

Thren. 3. 16.

laratur, cū dicitur: *Quasi à facie colubri fuge peccata: vbi non inconcinnè plerique volunt ad serpentem illū alludi, qui Euām decepit, Gen. 3. quem Magist. sentent. in Gen. c. 21. D. Bon. 2. sentent. dist. 2. quæst. 2. Cærrh. in c. 3. Gen. & Beda adiisdem citatū existimant fuisse genus quoddam serpentis vultum referens virginem <sup>Genes. 3.</sup> <sup>Magist. seu tentarum.</sup> pulcherrimū, cætera serpentis imagine representans, de cuius opinionis veritate <sup>D. Bonav.</sup> <sup>Cærrhus.</sup> non est modò disputandum, sed illud interim adnotandū admoneri Adami postea. Beda. ros, vt quasi à facie colubri, siue serpentis illius peccati fugiant, idest, ne sc̄ decipi finiant primo eius aspectū in speciem pulchro: quoniam etiam si facies ipsa idest, initia speciosa videantur, verè tamen toto reliquo corpore serpens est, qui instillato per mortuum veneno accedentes interimit, cū primis iphis delectationis illecebris pulchram, & amabilem virginis faciem mentitur: illūque meminerint dictum à Paulo Rom. 6. stipendia peccati morte esse. E contrario vero de Diuina gratia dicitur Eccl. 24. *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis amplemini: spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauum.**

Quarto Angelo tuba canente percutitur tertia pars solis, lunæ, & stellarum.

## SECTIO XIII.

**Q**uarto Angelo tuba canente narrat Ioannes percussam fuisse tertiam pars solis, tertiam quoquelung, & stellarum, ita vt tertia pars eorū obscuratur, & dici non luceret pars tertia, notisque similiter, In tuba istius quarti Angelii iuxta eam expositionem, quā persequimur, quartus predicatorum fidei ordinō in qua Ecclesiæ etate extinximus, quibus fidem doctrināque Euangelicam predicantibus ea, quæ Ioannes commemorat, prodigia acciderunt. Etenim manifestis Hæreticis, qui in tertia tuba aduersus Ecclesiam insurrexerant, euersis, corūque erroribus per sacrosancta concilia, & sanctorum Patrum scripta profligatis alia Hypocitarum, & Pseudoprophetařū pestis erupit, sensimque serpere in Ecclesia septa est, quæ Demon quali per occultos, & subterraneos cuniculos ad subruendam fidei, morumque fabricā intulit. Nam oūm videret nō potuisse se aperto Marte sive per Iudeos in prima tuba, sive per Tyrannos in secunda, sive per manifestarios, refractariosque Hæreticos in tertia fundatū, atque diuina operabilitū Ecclesiæ regnum excidere: occultas sibi Hypocitarū machinas admutandas putauit, qui lese in Angelos lucis transfigurates, noua dogmata quali divinitus accepta oracula sub sanctitatibus, quam exterius præferebant specie vendabant, ex quo fiebat, vt plurimos ea ratione seducerent. Itaque merito tertia, id est, magna pars solis dicitur obscurata, quoniam Christus, qui tanquam verus sol per fidem in corde credentium splendet, tunc in multis amissio fidei radio non lucebat, quin potius ipsius lumen, variatisque cognitio in bona parte fidelium deperibat: hoc enim est tertiam partem solis obscuratam fuisse, non quod sol ipse aliquod in se lumen, splendorēque amitteret, sed quod eum fides Pseudoprophetařū imposturis, decepti non admitterent. Ex quo etiam accidebat, vt tertia pars lunæ, hoc est, bona pars Ecclesiæ interiectu, atque interpositu nubium, quas Pseudoprophetařū ementito nomine sanctitatis opponebant, deficeret: tertia etiam pars stellarum, hoc est, Ecclesiæ Doctorum illudem teñbris implicita non micaret, cum temerè scilicet Hypocritis Diuinum efflatum, & instinctum falso sibi arrogantiibus adhærebant. Denique cum tertia

*Dicit iustus,*  
*perfectusque*  
*significat nox*  
*peccatoris, &*  
*imperfectos.*  
*Ephes. 5.8.*

*Rom. 13.12.*  
*Nouum te-*  
*flamentum*  
*dies vetus*  
*nox dicitur.*

pars solis suisset obscurata, effectum est, ut tertia pars diei non luceret: cum quetus  
 tia lunæ, stellarumque pars lucem, & splendor amississet, tertia quoque pars no-  
 eturnæ lucis deperiret. Per diem iustos, per noctem peccatores intellige iuxta tail-  
 ind Pauli: *Eraso aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino:* vel certè diei nomi-  
 ne perfectos, non tamen vero imperfectos fideles accipe, cuius diei, atque noctis ter-  
 rita, hoc est, bona pars ob solis, lunæ, stellarumque obscuratam lucem dicitur non  
 luxisse, quoniam tum ex perfectis, tum ex imperfectis, tum ex iustis, tum etiam ex  
 peccatoribus fidelium, & charitatis splendorem amiserunt. Alijdiem nouum  
 testamentum, noctem vetus interpretantur iuxta illud Rom. 13. *Nox praeceps,*  
*Dies autem appropinquavit:* secundum quam expositionem vtriusque tertia pars  
 dicitur obscurata, quoniam in Pseudoprophetae vtriusque instrumenti testimonii  
 clarissimis falsis interpretationibus, quas se è celo haussisse mentiebantur, tene-  
 bras, & caliginem offuderant, ut magna eorum pars apud imperitos potissimum  
 suam lucem, atque splendorem minimè retinere videretur.

II. Fuerunt ista Hypocritarū, & Pseudoprophetae tempora aliis quoque scri-  
 Matt. 7.15. pturæ sacrae locis prænunciata: nam in primis Christus id multò ante prædixit

Mat. 7. *Attendite a falsis Prophetis, qui venient ad vos in vestimentis vniuersali, intrinsecus au-  
 tem sunt lupi rapaces.* Et Paulus 1. Tim. 4. *Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimi  
 temporibus discedet quidam a fide attendentes spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum, in hypocrisia  
 loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere  
 à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratia in actione fidelibus, & iis, qui cognoverunt  
 veritatem.* Vbi cernis non loqui Paulum de manifestatiis Hæreticis, qui videlicet a  
 perto Marte Ecclesiæ bellum indicunt, sed de occultis, & per Hypocrisim suos  
 errores tanquam Diuina oracula venditantibus. Quod vero eiusmodi Hæreticos  
 ait cauteriatam habere conscientiam, sic à Theodoreto exponitur, vthorū Hære-  
 ticorum stupor ea similitudine declaratur. *Cauteriatam, inquit, habentes conscientiam eos*  
*vocauit, stupore eorum extremitate docens: locus enim cauterij morte affectus prior sensum amittit.*  
 Potest quoque ita accipi, ut explicetur obstinata similitudinē Hypocritarū malitia,  
 nota enim, que cauterio inuritur, deleri non potest. Ad eiusmodi Hæreticos spe-  
 ciat illud Colos. 2. *Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione Angelorum: quælo-  
 cù quanuis plerique ad eos referat, qui docebant legem veterem feruandam esse, eo quod  
 data esset per Angelos, tamē ad hypocrisim refert D. Hieron.* *Nemo, inquit, fit a humili-  
 tate superbium, & Angelos se videre mentiens frustra se super humiles allet, qui visione à suo  
 corde loguitur.* Et multò luculentius D. Th. iuxta cuius sententia Pseudo apostoli se-  
 ducebant in humilitate, introducentes legalia, quia rebantur simulata sanctitate.  
 Porro sanctitas in duobus consistit, videlicet in humili conuersatione, & cultu

*D. Thom.*  
*Sanctitas in/  
 quo consistat*  
*Eccl. 19. 23.*

*Est, qui nequiter humiliat sed, & interiora eius plena sunt diabolico. Præterea magnū Dei cul-  
 tum simulabant, unde subiungitur, & in religione Angelorum, quoniam id omni  
 contētione procurabat, vt Angeli, hoc est, veri Dei nuntijs, & Prophetæ videretur.*

*Theodoreto.*  

Non est præterea obseruatio Theodoreti aientis Græcè prosedens esse Καρ-  
 Καρεντω, Græcos vero appellare Καρεντω, indices coruscum qui in certaminib.  
 decertant, Καρεντω, autem esse Καρεντω, hoc est, iudicis certatorū male fugi  
 officio, & que victoribus debetur præmia, iniuste tribuere. Quoniam ergo qui  
 legalium obseruationem Euangeliū admiscebant, a præstantioribus ad deteriora  
 fideles traducebāt, idcirco ait Apostolum recte dixisse: *Nemo vos seducat, hoc est,*  
*nemo vos fraudet præmio, quod vincētibus debetur.* Itaque Pseudo apostoli iux-  
 ta Theodoreti expositionem iniquis iudicibus comparantur, quoniam seduendo  
 fideles,

fideles, & se veros Prophetas, & Angelos metiendo eis coronam, & præmia, quæ aliqui per veram fidem, ac religionem consecuturi erant, inquit detrahebant.

Audit Ioannes vocem vnius aquilæ volantis per medium cœli, & dicens  
centis voce magna: Vœ, vœ, vœ, habitantibus in terra de ceteris  
vocibus trium Angelorum, qui  
erant tuba canturi.

## SECTIO XIII.

**I**N multis Græcis codicibus non aquilam, sed Angelum legimus: sed tamen vœ.  
Tulsiota exemplatia aquilam habent, & ita legerunt Beda, Arethas, Ticonius,  
& interpres communiter, qui per aquilam hoc loco prædicatorum intelligunt ex-  
tremi temporis, qui communicationes Diuinæ, atque supplicia hominib. de-  
nunciabunt. Francisc. Vib. suspicatur per hanc aquilam insignem aliquem sanctitatem  
virum extremo tempore futurum prædicti, siue ex concionatoru numero sit, siue  
privatus, qui interitum hominibus clamabit imminentem. Ceterum nos arbitramur  
cum Lyrano, & Petro Aurel. Card. in comment. huius loci, & Petr. Dam. serm.  
I. de excellentia Beati Ioannis Evangelista, & alius istius aquilæ nomine ipsum -  
met Ioanum, qui loquitur, sive adumbratum: nec enim refert, quod ipse dicat  
se vocem illius aquilæ audiuisse: apte enim potuit Deus imaginari aquilam per  
visum Ioanni ostendere clamante in voce magna, ut ipsummet Ioannem adhuc  
plura prodigia conspecturum, denudatrumque in hac visione exprimeret: nec  
est insolens in sacris literis Ioanne m' de se in terra loqui personam, veluti cum ait:  
*Discipulus ille quem diligebat Iesus.* Persuadet mihi hanc sententiam haec una ratio:  
quoniam cum vox illius aquile volantis per medium cœli illa fuerit: *vœ, vœ, vœ, ha-*  
*bitantibus in terra de ceteris vocibus trium Angelorum, qui erant tuba canturi;* quibus ver-  
bis significabit visionem trium Angelorum, qui supererant, maxima, & admiranda  
prodigia, eaque mortaliibus functa comprehendere, idcirco enim ter dictio-  
nem *vœ* tergeminavit, quemnam quoque aliud par est credere expressissimi Ioan-  
nen, qui statim omnia illa supplicia ad tubas trium Angelorum consequentia  
erat literis mandatus: Is enim fuit, qui statim instar aquilæ per medium cœli vo-  
lans, hoc est, per ecclasiæ in celum usque cōscendens vidit triplicem illam visio-  
nem sub tubis trium Angelorum, qui supererant, & tam horrifica visione obstu-  
pefactus magna voce clamauit: *vœ, vœ, vœ, habitantibus in terra de ceteris vocibus trium*  
*Angelorum:* cum omnia illa prodigia, atque supplicia sibi ostensa Diuinitus con-  
scriptis, & vniuersitate Ecclesiæ legenda proposuit. Cum igitur Ioannes ipse fuerit,  
qui visionem trium Angelorum vulgauerit, & *vœ* illud tergeminum inculcauerit: sane, cum aquilam illam vidit, se ipsum conspexit, qui eius aquila visione ad-  
monebatur de his, que statim ipsi ostendit deberent, conscribendis. Atque hinc  
rursus colligimus per istam aquilam non esse insignem aliquem virum extremo  
tempore futurum accipiendum, qui interitum mortalibus imminentem denunciet:  
siquidem quæ aquila illa timenda esse clamauit sub tubis trium Angelorum cō-  
sequentium, mox à Ioanne deinceps cōscripta, ac denunciata fuerunt: quare nō  
est, cur extremis temporibus iterum denunciāda expectari debeant, nisi illæ insi-  
gnis concionatori eo tempore debeat hanc eadem, quæ Ioannes scribit, denud re-  
plicare. Sit igitur constitutum huius aquilæ clamantis vocem esse ipsius Ioannis  
sub tubis Angelorum consequentium tubis prædictionem. Quanto vero iuste

*Vt illud semel, iterum, ac tertio repetitum, replicatumque fuerit, ex triuim tuba-  
rum, quae sequuntur, et risico sonitu, atque clangore palam exit.*

Illud interim hoc loco obseruatione dignu[m] videtur non vacare mysterio, quod  
antequam tu es, Angeli, qui supersunt, tuba canerent, aquila illa per medium, & ca-  
lum volans suu[m] illo magno clamore mortales præmonuerit de tribus plagiis le-  
quentibus, ut per penitentiam ad Deum conuersi eius iram mitigarent, & se-  
quentes plaga[is] iam instantes subterfugerent. Solet enim Deus antequam puniat,  
communari, quod mortales præoccupantes faciem eius in confessione venia co-  
sequantur, quemadmodum disertis verbis testatur Regius vates Psalm. 59. *Dedisti,*

*Flagellat nos inquit, metuentes, ut te significationem: ut fugiant a facie arcus. Qui locus cōmuniter de  
Deus in hac huius vita flagellis expomitur, qua Deus solet infligere, ut per ea peccatores eru-  
vita, & sudici extremitati iudicij seueritatem declinet: Cui quidem expositioni fauit versus præ-  
cedens: Oferas isti populo tuo dura, potasti nos viuis compunctionis. Docet vero Aug. in co-  
mento eiusdem loci iudicij arcu[m] cōparati, quia quemadmodum arcus, quo magis  
extenditur, eo sagittam iacit violentius, sic iudicij dies, q[uo]d magis disertur, eo  
est acerbior.*

III. Verū generalius accipere possumus eundem locū de qua cūque significatione

*Premonitores inuenient, quibus veluti ante gressu[m] monere solet peccatores Deus, ut sui furoris arcu[m]  
panire non possint, & subterfugiant, sane non tanto ante predicturus, si libi cordi esset ipsa punitio. Id  
quod mirifice cerne licet vel in ipso Genesii principio, ubi ita Ierubia Moysè  
voluit: In primis ipin creauit Deus celum, & terram. Pro Dens habetur Hebrei cōsiderim, id  
est, iudicis: quæ vox paru[m] videbatur ad mundi creationē explicandam conducere.  
Cur enim non dixit, Creauit Lebolah: aut Creauit omnipotens celum, & terram, sed: Cre-  
auit iudicis: ut nimis tūnq[ue] ipsa mundi creatione admoneret eundem esse mundi crea-  
torem, & iudicem, qui eundem deberet iudicare, atque adeo ista cōminatione  
tanto ante iactata homines à peccando deterriteret, admoneret que non eis abu-*

*In ipso man-  
dismissis iudi-  
cū mensio[n]e.  
Exod. 9.18.*

*tendū mundo, quem non solum tanquam omnipotens, sed etiā tamquam iudex  
fabricauerat, vt intelligerent iudicem futurū mundi eundem mundi conditorem.  
Eandem Dei misericordiam habes expressam Exod. 9, vbi cum Deus statuisse  
perdere grandine omnia Agypti pecora, & cūcta, quæ reperiētur in agri, mo-  
nuit per Moysen Pharaonē ut ea sub testa colligeret. Vide incredibilem Dei cle-  
mentiam illius verbis expressam: En pluam crux haec ipsa hora grandinem multam usum,  
quod non fuit in Agypto adie, quæ fundata est usque in præsentem tempus. Malle ergo rā nunc,  
& congrega iumentatus, & omnia quæ habes in agro, homines enim, & iumenta, & uni-  
uersa, quæ inuenias fuerint foris, nec congregata de agri, cedideritque super ea grando, morie-  
tur. Et statim subiungitur, Qui timuit, verbū Dei de seruū Pharaonis fecit confusare seruos  
suos, & iumenta in domos: qui autem neglexit sermonem Domini, dimisit seruos suos, & iu-  
menta in agri. In quæ locū Dei misericordia expendunt Theod. dist. 9. q. 21. super  
Exod. & D. Aug. l. q. super Exod. q. 33. Quide[m] inquit, quod mandauit Deus Pharaonis,  
cum se facturā magna grandinem minaretur, ut festinet congregare pecora sua, & qua-  
cumque essent in capo, ne grandine intereat: hoc enim non tam indignauerit, quam misericorditer  
videtur admonere, sed hoc non facit quaestionem, quod Deus etiam irascens temperat p[ro]na.*

IV. Huc etiam pertinet quod Deus voluit Noë centum annis, ante perarceillius  
fabricationem denunciare diluvium, communique vniuersis, orbis futuram  
eversionem, nisi penitentiam agerent. Vnde Petrus 1. c. 3. sic ait. Hū qui in carcere  
erant spirib[us] veniens predicanit, qui increduli fuerāt aliquando quod modo expectabas. Dei pa-  
tientiam diebus Noë, cum fabricaretur arca. Quo loco est aduentus pro eo, quod nos  
habemus,

*1. Pet. 3. 19.  
D. Aug. 1. q.*

habemus, Quoniam expollabant Dei patientia, D. August. epist. 99. legisse, quando ex-  
pectabat patientia Dei: cuilectioni non repugnat Graecalententia, quæ sic habet:  
ore à neχδεχτονιούτερω ωμοθετητα, porémque transferri, Expectabat, vel, Expecta-  
batur Dei patientia, cum απελεθέρωται in voce media, quæ utramque significatio-  
nem habet. Quare iuxta lectionem Augustini segnus est illis centū annis premis-  
sa diluuij comminatione expectasse Dei patientiam pénitentiam mortalium, &  
conuersionem, vt ne diluuij orbem delere cogeretur In eandem sententiam. D.  
Chrys. hom. 25. super Gen. obseruauit, quod idcirco Deus non de repte orbe  
diluuij aquas obruerit, sed quadraginta dies, & quadraginta noctes aquas, subinde  
succrescere volauerit, cum uno momento orbem diluuij perdere posuisset. Gen. 7.12.  
D. Chrysost.

## ARGUMENTVM.

Persequitur Ioannes tertiam huius operis visionem. Cinque superiori capite ex  
septem illis Angelis, quos cum tubis in celo conspicerat, quatuor tantum explicauerunt,  
pergit deinceps tres alios explicare, eorumque visionem commemorat tribus capitibus  
sequentibus. Hoc vera caput quinti, & sexti Angeli narrationem complectitur.

## CAPVT NO NV M.

**T** Quintus Angelus tuba cecinuit: & vidi stellam de cœ-  
lo cecidisse in terram, & data est ei clavis putei abyssi: &  
aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus petrei sicut fu-  
mus fornacis magnæ: & obscuratus est sol, & aer de  
fumo putei: & de fumo putei exierunt locustæ in  
terram, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scor-  
piones terræ: & præceptum est illis, ne lèderent fœnum ter-  
ræ, neque omne viride, neque omnem arborem: nisi tan-  
tum homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis.  
Et datum est illis, ne occiderent eos: sed vt cruciarent mensibus  
quinq[ue]: & cruciatus eorum, & cruciatus scorpij, cum percutit ho-